

Om 18

2

HISTORIA CERINTHI  
CVIVS PARTEM SEQVIOREM  
QVAE AD  
IVDAEOGNOSTICISMVM  
ET  
EVANGELII ATQVE EPISTOLARVM  
IOHANNIS  
FATA ILLVSTRANDA PERTINGIT.

---

RECTOR E ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO

CAROLO AVGVSTO

DUCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THV.  
RINGIAE REL.

CONSENTIENTE VENERANDO THEOLOGORVM ORDINE

P R O L O G O

IN EODEM ORDINE

R I T E O B T I N E N D O

A. D. XXII. AVG. A. C. CIOCCXCV.

PVBLINE DISCEPTANDAM PROPONIT

HENR. EBERH. GOTTL. PAVLVS

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR,  
PROFESS. THEOLOGIAE P. ORD. SOCIETAT. ANTIQVARIA  
LONDINENSIS ET NATVRAE CVRIOSORVM IENENSIS  
COLLEGA.

---

IENAE,  
TYPIS GOEPFERDTIL.

# HISTORIA GERINTI

CHYLO THYMATELISSEOLOGYM

6476 AD

## JADAFEGNOSTICISMA

EVANGELII ATOAE PISTOLARIA

JOHANNIS

TATA ULTRALANDA HERITINGEIT

PROLOGUE ACADAMIAE MAGNETICENSISIMO

SERMONISIO PARINOPAE AD DOMINUM

DOMINO

## CATHOLICAE MAGISTERI

DACO SAKOKIMAE LIVELIAE MONITIA

ANAGRAMA ET CATHOLICAE MAGISTERIA

MINISTERIA

CONSENTANTIA VENERABILIS THEOLOGORUM QUDAM

0 0 0 0 0 0 0 0

IN HOMINIS ORIGINIS

O Q D I T I N E T I A

AD MXXXV A.D. V. E. C. C. C. C. C. C.

THEOLOGIE DEOQUAMMAM BLOOMI

## HRIN RBRIN GOTTL RAVIAS

THEOLOGIE ET PHILOSOPHIE DOCTE

PHONEX THEOLOGOAE ET ORO, SOCIETATI ANTIQVARI

CONSIDERATIONES ET MATRARE CURIOSORUM INHIBIT

COLLEGEA

САИД

СИЛА СОБЫТИЯ

**CONSPECTVS**

**HISTORIAE CERINTHI,**

QVATENVS AD IVDAEOGNOSTICISMVM ET EVANGELI ATQUE EPISTOLARVM IOHANNIS FATA ILLVSTRANDA PERTINGIT.

**C**erinthus, in Palaestina Iudeochristianus, postea γνωστὸς in Asia professus describitur apud Irenaeum non solum sed apud Epiphanius etiam, Irenaei narrata ita suppletem, ut Iudeognosticismus Cerintho tribuendus sit. §. 1.

Illustratur ante omnia, quantum fieri potest, Cerinthi vita in Asia §. 2. Iohannis apostoli eadem in regione commorationi, ex parte saltem, aequalis §. 3. Ex Aegypto autem in Asiam Cerinthum transisse, alexandrinis iudeorum Φιλοσοφηματι imbutum, ex relatione Theodoreti internoque cerinthiana gnoeos charactere probabile fit. §. 4.

Conjungendae (§. 5.) de Gnosticismo Cerinthi narrationes Irenaei et Epiphanii, afferuntur §. 6. cum

A 2 notulis

notulis philologicis. Singularem de reliquiis Iudaicis in Cerinthiana γνωση notitiam addit Epiphanius §. 7. qua adhibita illud *simile* et *non simile* inter Ebionaeos et Cerinthum fit manifestius §. 8. loco Irenaei L. I. c. 26. §. 2. rectius exposito.

Gnosis Cerenthiana inde per partes explicatur; primo Cosmologia theologica §. 9. in qua alexandrinae allegoristarum scholae femina indicantur. Deinde: quos fontes religiosae gnoseos agnoverit? §. 10. tertio loco: quid de Christo et Iesu statuerit §. 11. declaratur.

Quae ipfa de Cerintho ισορουμενα omnia cum in modico nec ubique pari historicae probabilitatis gradu subsistant, ad alia eoque reconditiona et graviora inde collustranda per se parum valent nec sine multa circumspectione adhiberi §. 12. debent. Nominatim vero quos Cerinthi atque Iohanneum evangelium lucem sibi mutuo non offerunt:

Quia a) evangelicus ille commentarius quanam ex parte Cerintho ex mente auctoris contradicere debat, nemo historice novit §. 13.

Ipsa vero b) sententia de evangelio Ioh. contra Cerinthum directe scripto caret historicae narrationis documento; cum locus Irenaei III, 11. nec vere historicus sit, nec sibi constans §. 14. nec in finibus Iohanneae contra Cerinthum antitheseos describendis accuratus §. 15.

Caret etiam c) eadem sententia evictione interna, cum Cerinthi errores in evangelio nullibi disertis ac directis

directis verbis tollantur §. 16. extantiores potius Iohannei πνευματος antitheses, in primis in prologo et epilogo evangelii, ita sint enunciatae, ut facillime a Cerintho aut in suas partes trahi aut vitari et averti possent §. 17. primaria vero Cerinthiana in Evangelio prorsus non tangantur §. 18.

Quae omnia scriptor ita studiose et de industria circumvississe ac circumduxisse poterat Alogis videri illis, qui aliunde iam de apostolica libelli origine dubii erant, ut, argumentorum vere historicorum auctoritate ex utraque parte pro temporis rationibus non satis stabilita, audax quidem neque nunc probabilis, nec tamen temeraria et ανοητος, nasceretur suspicio de Cerintho ipso Evangelii Iohannei Auctore, fraudem, quam piam forsitan dixerint, doctrinae divulgandae causa meditato.

Denique nec epistolas Iohanneas in Cerinthum directas fuisse, confirmari potest; licet revera impugnent gnosin, ex aliis temporis opinionibus facile prognatam §. 20. perversissimam, cum doctrina tamen Cerinthiana ασυγκατον §. 21. ex Docetarum vero opinioribus, quarum vestigia epistolae Iohanneae priori insunt §. 22. semina vero et theoretice et practice pestifera inter non-christianos et christianos apostolicae aetatis reperiuntur §. 23. probabilius declarandam.

Neque unicus qui restat locus contra Cerinthum applicatus, 1. epae V, 6. 8. — in ipsum directus fuit §. 24.

Quibus expositis epilogus de usu probabilium ad systemata sive condenda sive adstruenda monet nonnulla, quibus servatis veterum errorum, novis subsidiis indignorum iteratio atque intricatior dissensus in materia, paucis omnino pervia, caveri posset.

Cerinthum

§. I.

Cerinthum, cum in Asia esset, Christianismum aliquem adumbrasse, qui altioris de Deo rebusque aliis μετα τα φυσικα positis sapientiae, id est, γνωσεως, gustum prae se ferret, omnes consentiant, licet auctoritatem ea in causa secundum plerosque non nisi unam, ut vero nobis videtur, duorum tantum scriptorum habeamus, Irenaei puta et Epiphanii. Duorum inquam; Epiphanius nimirum, in iis, quae ad Gnosticisum Cerinthi pertinent, Irenaei quidem vestigia plerumque esse fecutum, ex contentis atque ex ipso ordine narratorum dispalescit. Attamen de Cerintho ut Gnostico alia insuper addit (v. priorem tractationem §. XXI atque in sequentibus §§.) ex Irenaeo non desumpta. Quae cum talia sint, qualia a Cerinthiano ingenio expectari possint, nec erroris in delineando Cerinthi Gnosticismo reus peragi queat Cyprus iste veterum haeresium oppugnator, ipsum etiam seorsim numeramus, auctorem hac in causa auditu dignum suisque

fontibus non destitutum. Sequiores vero haeresiologos in rebus e prima Christianorum aetate superstitibus ab illis superiorum auctorum narrationibus plerumque pependisse, facile perspicitur. Atque utinam a veteribus se dependere semper ita meminissent, ut nova adfingendi atque e verbis veterum ampliatae descriptionis materiam exsculpendi pruritu eos caruisse videremus.

§. II.

In Asia degisse Cerinthum, omnes consentiunt. Irenaeus dum gnostica sua istum praecise in *Asia* docuisse pronunciat, utrum eo, quod extra Asiam alia idem docuerit, respiciat, dubitari poterit. Epiphanius vero Cerinthi vitam et doctrinam in Asia luculenter Palaestinensi opposuit diversi generis vivendi docendique consuetudini cf. prior. tractat. §. 23. Intelligitur autem Asia Romanorum seu proconsularis, η ιδιως λεγομενη Ασια Strabonis Geographi (L. XII. p. 577.) cui provinciae ab Attalo Rege Romanis testamento traditae, id est, Phrygia, Myzia, Caria, Lydia cum Aeolide, Ionia, Doride, Lycaonia et Pisidia adsignari solebant. Supponitur etiam Cerinthi in Asia hac commoratio in historiola de Iohanne Apostolo, a lavacro apud Ephesum, ubi Cerinthus erat, profugo et ne balneum, praesente hoc veritatis adversario, collaberetur, metuente. Cuius narrationis testes cum appellat Irenaeus aliquos

785

τες ακηροτας Πολυκαρπε L. III. §. 4. p. 177. cumque ipsa res relata ab ingenio Iohanneo discordare non videatur (coll. 2. epa Ioh. v. 10. 11.) cur fabulae instar pernegrari debeat, non perspicimus. Indicat certe παραδοσιν quandam, ex qua Cerinthus eo tempore, quo Iohannes apostolus, in eadem, ubi hic versatus est, Asia olim degisse cognoscitur.

§. III.

Quoniam tempore Iohannes ipse in eas partes Asiae venerit, definire non possumus. Licet enim in Patmo insula eum fuisse \*), cum Apocalypsin scribere animo conciperet, ex Apoc. I. 9. sumamus, licet porro id sub Claudio Imperatore adeoque intra a. c. 41 et 54. accidisse, quamquam meliora desint documenta, Epiphanio \*\*) et fragmento Caji ap. Murator.

A 5                    quod

\*) Quod relegatus vel evangelicae doctrinae caris profugus ibi fuerit, voces δια τον λογον τα θεειαι μαρτυριαν Ιησος coll. I. 2. 19, 10. non ostendunt. Quae vero ab ecclesiasticis scriptoribus illo de exilio memorantur, plus, minus, fabulam sapiunt, eo usque paulatim amplificatam, ut et oleum hac in re perderent cum opera.

\*\*) Προεθεσπισε προφητικως εν τω σοματι τε αγια Ιωαννης οπερ εγενετο μετα την τε αγ. Ιωαννης κοιμησιν (innuit sc. Thyatirenorum ad επερδοξιαν defectionem). Αυτε δε προφητευσαντος εν χρονοις

quod Iohannem in consilio illo ad septem praecise ecclesias scribendi praedecessorem Pauli fuisse indigitat (v. S. R. Storr, *Neue Apologie d. Offenb. Joh.* p. 246.) credamus atque adeo prius iam inter ecclesias illas septem Asiaticas — quarum plerasque ab ipso Paulo jam sub Claudio colectas fuisse, ad Act. 14, 49. 16, 8. interpretes consentiunt — atque Iohannem aliqua coniunctio intercessisse videatur, tamen postea statim Iohannem in Asia sedem quasi fixisse atque ipsum ecclesias ibi collegisse et curasse, vero absimile est, cum Paulus, qui fundamento ab aliis jacto sua superstruere (Rom. XV, 20.) cantus detrectabat, intra fines suos autem alios (2 Cor. 10, 16.) praeferunt e Iudaicis (Gal. II, 7. 8.) immisceri nolebat, sequiori tempore Ephesi et in Asia diu commoratus fuerit Act. 19, 10. Iohannem igitur serius demum, post Paulum, in Asia Ephesi degisse, cum et alia vestigia historica eo collineant, probabilius judicamus. Chronologiae certe dissensum non animadvertisimus oriri, dum id, quo reliqua prior

Cerin-

νοις Κλαυδίες Καισάρος ἀνωτάτῳ ὅτε ἐις τὴν νῆστον πάτμον υπῆρχεν (μολογεστὶ γαρ καὶ ετοι εν Θυατείροις ταῦτα πεπληρωσθαι sc. Thyatiris) αὖτε γένεν πατα προφήτειν εγράψεν . . . haer. LI. §. 33. p. 456. Antea vero Evangelium a Iohanne, plus quam nonagenario, scriptum fuisse memorat μετὰ την αὐτα πατμιεπανοδον την επι Κλαυδίας γενομενην Καισάρος §. XII. p. 434.

Cerinthi historia intendit, accipitur: serius nimurum et post rem Act. XXI. narratam e Palaestina Cerinthum in Asiam illam se contulisse, ubi Iohannes extremum etiam vitae suae tempus peregit.

§. IV.

Undenam eo venerit Cerinthus, historia non docet. E Palaestina, inquies. Illinc κανοζηλες istos Iudeochristianos in γεωργια Pauli, apostoli, suos ψευδωποσολες emisisse ex epistolis ad Corinthios intelligimus atque etiam ab Epiphanio monemur. v. prior. tract. §. 20. nr. [5]. An vero recta inde in Asiam processerit Cerinthus, dubitare liceat. Siccine celeriter cum aqua et coelo animum mutaverit? Fiunt sane et velocius ejusmodi consiliorum ac doctrinae mutationes, progressusque mentis humanae ne ex intervallo temporis unice metiamur, cavendum est. Occurrit tamen apud Theodoretum, non testem quidem sed aut παραδοσεως aut suae forsan conjectuae scriptorem, Cerinthianas profectiones, si placet, supplendi opportunitas, his in verbis: Κατα δε τον αυτον (quo Nazoraei) χρονον και Κηρινθος ετερας ηρξεν αιρεσεως. Στος εν Αιγυπτω πλεισον διατριψας χρόνον και τας φιλοσοφες παιδευθεις ἐπισήμας υσερον εις την Ασιαν αφικετο τας οινεις μαθητας εκ της οινειας προσηγοριας ιωνικασεν. Fabb. haer. L. II. §. III. Unde, si Cerinthum juvenem, Iudeum natu, in Palaestina pro Iudeo-christia-

christianismo aestuasse, deinde, in Aegyptum  
finitimam ad Alexandrinos vel Iudeos vel Iu-  
daeochristianos deductum, ex allegoricis Vet.  
Test. interpretamentis, qualia apud Philonem  
legimus, ea hancisse, quibus sumtis crassioris  
Iudaismi zelus minui et defervescere poterat,  
tum demum vero, ut erat inter Alexandriam  
Asiamque proficiscentium conjunctio (Act. 18,  
24.) eundem in Asiam trajecisse atque γνωστιν il-  
lam magis adhuc ανατολινην de Deo puro a materia  
condenda remotissimo ibi penitus suscepisse cogi-  
tamus, omnia sane ita sese excipere videbuntur,  
ut transitus Cerinthi a Iudaicis ad Gnostica talis,  
qualem systema ipsius gnosticum indigitat, hunc  
in modum aptissime omnino concipi possit. Sed  
nos tamen haec non nisi per conjecturam sic con-  
nectere, non obliuiscimur, nihil historici argu-  
menti inde unquam postulaturi,

§. V.

Nunc potius unum illum unde plurima de  
Gnostico Cerinthi Christianismo haurire possumus, Irenaei locum cum narratis Epiphanius  
collatum statim exhibere commodum judica-  
mus, cum quae ex illo, non nisi latine a veteri  
interprete satis barbaro versa, extent, apud  
hunc graece lecta simul Irenaei graecitatem ali-  
quatenus restituere nobis valeant et supplere.  
In primis vero textum ipsum, cui, quidquid de  
γνωστιν Cerinthiana differitur, superstruendum est,

ab

ab initio debemus philologice illustrare, ut reliquae nostrae observatiunculae quo fundamento nitantur atque unde dijudicari possint, statim lectorum ante oculos positum sit.

§. VI.

Irenaei iste locus, hac in causa classicus, utcunque in se soloecus, legitur Libri I. capite XXVI. edit. Massuet. §. 1. Epiphanius Cerinthiam haeresin inter suas LXXX. fecit octavam et vicesimam atque ab initio tractationis sequentia dat cum Irenaeo comparanda.

Irenaeus.

„Et\*) Cerinthus autem quidam, in Asia, non „a primo Deo factum esse

Epiphanius.

εγενετο δε επος ο Κηρινος εν τη Ασια διατριβων και νεισε τα \*) απηρυγματος την αρχην

\*) Paucia sunt, quae philologice notemus. „Et Cerinthus autem quidam,, Graece sonabat: Και Κηρινος δε τις, unde et h. l. etiam significare, nec superfluere intelligitur. Etiam Epiphanius et Theodoreetus hoc και servarunt. — „a primo Deo,, πρωτος hoc sensu summus, princeps. — „a virtute,, Δυναμις h. l. Aeon virtute pol-

\*) τακηρυγμα. sc. γνωσιας. Nihil enim Cerinthum antea κατηξει, non vult Epiphanius, eundem longo ante tempore in Iudea Pseudapoستoli Iudaizantis personam induisse narrans. „Και ωθει,, haec ut plura in sequentibus addit E. aut amplificandi aut explicandi causa.

„esse mundum docuit  
„sed a virtute quadam  
„valde separata et di-  
„stante ab ea principa-  
„litate, quae est super  
„univerfa, et ignorantie  
„eum, qui est super  
„omnia, Deum.

,Ie- Ανωθεν

lens. Aeones eodem tropo  
dicebantur spiritus illi du-  
ratione pollentes. „Princi-  
palitas, est αρχη, quae vox  
tum itidem aequipollat  
των ο αρχαιος, et tempore  
et vi princeps.

„Eum, qui est super  
omnia Deum., Habemus  
Paulinum illud: ο επι παν-  
των Θεος· Rom. IX, 5.  
Supremo Numinis aequi-  
pollens. Ad eundem Apo-  
stoli locum ipse respicit  
Irenaeus, L. III. c. XVI.  
§. 3. p. 205. ed. Massu.  
non tamen, ut divinam  
Christi Iesu naturam, sed  
ut hoc inde probet: non  
alium quidem Christum alter-  
rum autem Christum sed  
unum et eundem esse  
(v. §. 2. sub fin.) Hoc ip-  
sum

αρχην πεποιημενος. ηδη δε  
περι τατου ειπομεν ,ως και  
,,ετος εκηρυττεν ουκ απο της  
,,πρωτης και αιωνιν δυναμει  
,,ως τον κοσμον γεγενησθαι.

αρχην

„Iesum autem, sub- Ανωθεν δε εκτελευτω Θεο  
„jicit, non ex virgine μετα το αδρυνθησι „τον  
„natum. Impossibile „Ιησεν τον εκ σπερματος  
„enim hoc ei visum est. „Ιησον και Μαριας γεγεν  
„Fuisse autem eum Io- „ημερον αιτισθησι  
„, seph

sum, ait Irenaenus; interpretatus Paulus... ad Romanos scribens de Israel dicit: Quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem qui est Deus super omnes benedictus in secula. Quo loco cum sola propter verba: Christus sec. carnem, usus fuerit, nec sublimius quid inde elicerit, non improbabile videtur, post vocem carnem Irenaeum punctum cogitare et sequentia in Supremum Numen, Christi Iesu dati causa laudibus celebrandum applicare consuevit. — „Plus potuisse, „ΙΧυροτερον γενεσθαι. Phrasis quae ex evangelio Matthaei, si quidem eo utebatur Cerinthus, videri potest desumpta. III, 11. „ab hominibus, i. e. praehebr. ων hebraizans απω Luc. 10, 14, etc.

αδρυνθησι dicitur, quid quid ad maturitatem per-  
venit; h. l. aetas vitae ma-  
turius intelligitur.

„Ieph et Mariae filium,  
„similiter ut reliqui  
„omnes homines, et  
„plus potuisse justitia  
„et prudentia et sapien-  
„tia ab hominibus.

„Et post baptismum  
„descendisse in eum ab  
„ea principalitate, quae  
„est super omnia, Christ-  
„stum; figura colum-  
„bae, et tunc annun-  
„tiasse incognitum Pa-  
„trem et virtutes per-  
„fecisse.

„In fine autem revo-  
„lasse iterum Christum  
„de Iesu et Iesum passum  
„esse et resurrexisse.

„Christum autem im-  
„passibilem perseveras-  
„se, existentem spiri-  
„talem.

„κατεληλυθεναι τον Χρι-  
„σον εις αυτον (τατεσιντο  
πνευμα αγιον) *[unclear]*  
„εν ειδει περισερας (εν  
„τω λορδαν) και αποκλυ-  
„ψαι αυτω και δι αυτετοις  
„μετ αυτε τον αγνωσον πα-  
„τεροι και δια τατο (επειδη  
ηλθεν ή δυναμιζεις αυτον  
ανωθεν), δυναμεις επιτε-  
„τελεκεναι *[unclear]*  
„και αυτε πεπονθοτος το  
„ελθον ανωθεν αναπτη-  
„γαι απο τα Ιησουν. πε-  
„πονθοτα δε τον Ιησουν και  
„παλιν εγκυρεμενον.

„Χρισον δε, τον ανωθεν  
ελθοντα εις αυτον, απαθη-  
„αναπτεντα, ωπερ εσι το κα-  
τελθον εν ειδει περισερας  
και ετον Ιησουν ειναι Χρισον.

Epiph-

α τον Ιησυν Χρισον. Cha-  
racteristicum hoc Gnosti-  
corum

Epiphanium in his nonnulla per epitomen  
abbre-

corum Christianorum su-  
genua, ut Iesum, hominem  
verum, a Christo, genio  
aliquo coelesti discernerent  
et duo subjecta ponerent  
per se subsistentia, nec nisi  
ad tempus unitis viribus  
agentia. Non potuit non  
haec opinio arridere iis,  
qui e Schola Alexandrina,  
Philonis ad instar, erant  
judaizantes. Nam et hi  
 $\lambdaογον$  fingebant subjectum  
extra Numen supremum  
inde ab initio creationis  
subsistens, nec nisi de hoc  
inter se dissentiebant,  
utrum vis illa  $\lambdaογον$ , quae  
Deo insita olim et coaeter-  
na in se mundi condendi  
delineationem semper ha-  
buerit, tunc cum incipere  
mundus debebat, a Nume-  
ne Summo ad mundum  
efficiendum emissa atque  
inde demum per se subsis-  
tens, semper futura sit  
separata substantia, an ve-  
ro mundo olim perituro  
in summum illud omnium  
principium, τον  $\alphaγενητον$   
Θεον, sit redditura et se ipsum  
rursum velut infusura. —

B

abbreviare, alia truncare, alia vero explanandi studio dilatare, revera autem cum Irenaeo confona tradere, manifestum est.

§. VII.

Atque ea ipsa si sola proferret Epiphanius, in quibus Irenaeum vnicet sequitur, vnius etiam Irenaei auctoritatem in notitiis de Gnosticismo Cerinthi nobis superesse, profiteremur. Sed idem ille haeresium indagator, Gnosticos eorumque libros accuratius scrutatus, qui de Cerintho Iudaeochristiano fatis probabilia nobis retulit, cum narrationi Lugdunensis Episcopi alia etiam de Cerintho Gnostico addat, ea ipsa, quae ex Irenaeo retinuit, vltius confirmasse iudicandus est, quatenus Irenaei stricturas non, nisi iis, quae ipse compererat, congrua inuenisset, sine contradictione aut dubitatione fuisse repetiturns.

Quidquid sit, siue vnum Irenaeum de maxima parte Gnosticismi Cerinthiani auctorem esse velis, siue Epiphanium descriptionem illam, quoniam ipse eam certam deprehenderat, repetiisse malis, addit sane Salaminensis Episcopus quaedam ex propriis fontibus. Ea vero ipsa cum reliquae γνωστηι Cerinthianae Irenaeo cognitae non repugnant, a Iudaeochristianismo quidem Cerinthi Palestinenis probe discernenda, ad γνωστηι vero eiusdem in Asia degentis haeretici accuratius cognoscendam seorsim exponenda sunt. Scilicet haer. 25.

sub.

sub init haec leguntur: Τα ισα τω προεμημενω (Carpocrati) εις τον χριστον συκοφαντησας εξηγειται και ετος (Cerinthus)

1) ειν Μαρικης και ειν σπερματος Ιωσηφ τον χριστον \*) γεγενηθαται.

2) και τον κοσμον ομοιως υπο αγγελων γεγενηθαται.

3) εδεν γαρ ετος (Cerinthus) παρα τον πρωτον (Carpocratem) διηλαξε τη εισαγωγη της αυτη διδασκαλικη αλλ η εν τετω μονον (f. εν τέτο μονον) εν τω προσέχειν τῷ Ιεδαισμῷ ἀπὸ μέρες. Φάσκει δε ἐτος τον νομον και της προφητιας \*\*) ὑπὸ Ἀγγέλων δεδόθαι καὶ τὸν δεδωκοτα νόμον ἐνα ἔναι τῷ Ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκοτων. Quibus dictis progreditur oratio, ut §. 6. adtulimus: εγενετο δε ετος ο Κηρινθος εν τη Ασια διατειθων et quae reliqua sunt Irenaeo consona et coordinata. Postea §. II. Cerinthum Gnosticum aliqua argumentatione percussurus triumphum ante victoriam canens insit: ειπεπτων δε και ετος, ως ορατε παντες οι της αληθειας εργαζαι. Φασκε γαρ τον νομον δεδωκοτα εν αγαθον, & τῷ νόμῳ πειθεσθαι δοκει. δηλον δε ἔτι ως ἀγαθων. πως εν ἐπονηρος τὸν ἀγαθὸν νόμον δέδωκεν; . . .

### §. VIII.

Ex hac non nulla Cerinthi gnostici cum Iudaismo coniunctione aliquatenus intelligere nobis visum est.

B 2 demur,

\*) Ex Cerinthi Gnosti sententia accuratius scribi debebat: τον Ιησαν γεγενηθαται.

\*\*) id est: libri sic inscripti etc. Luc. 16, 29.

mur, cur etiam Irenaeus Cerintho proximos adderit (L. l. §. XXVI.) Ebionaeos, non sane Gnosticos, de quorum opinionibus ideo in ελεγχῷ κατὰ μνημονίᾳ τῆς ψευδωνύμης γνωστῶν ex instituto loquendi et singularem paragraphum condendi locus non fuisset. Ebionaei autem inter Iudaismum et Cerinthi Gnosticismum ita fere tenebant medium, ut Cerinthus ipse inter Christianos Iudaizantes et Gnosticos meros medius comparet. Quae similitudo Irenaeum, ut, consilii sui aliquantum oblitus, etiam haereseos non-gnosticae mentionem faceret, statos extra fines pertraxisse videtur.

Locus autem, quo Irenaeus Cerintho Ebionaeos subiungit, cum in editis inter vexatos sit, distinctione rectius posita — ut hoc in priori tractatione §. 7. p. 16. promissum quasi per transitum notemus — emendari et explicari poterit. Nunc enim cum haec legamus: „Qui autem dicuntur Ebionaei, consentiunt quidem mundum a Deo factum, ea autem, quae sunt erga Dominum, non similiter ut Cerinthus et Carpocrates opinantur. Solo autem eo, quod est secundum Mattheum, euangilio vtuntur“ etc. quoniam Ebionaei in articulo de Iesu Christo, non omnino quidem sed tamen circa caput caussae, cum Cerintho et Carpocrate conspirarent, Cotelearius in nota ad Constitut. apost. L. VI. c. 6. particulam non ante similiter expungendam, Gratius, ad locum hunc ipsum Irenaei, consimiliter legen-

legendum esse coniecerunt. Sed adflicta vocula *non* a Codice nullo expuncta, antiquiori iam tempore, quam ex quo nostri sunt Codices, lecta fuisse videtur ab haeresiologis, non excepto etiam Auctore Appendix, Tertulliano de prae-scriptionibus haereticorum commentario additae. Is enim, qui Irenaeum (latine versum) aeque ac Epiphanium contulisse et sua ex utroque com-pilasse videtur, Irenaei quidem illud *similiter* ae-que ac voculam *non* ante oculos habuit. Nimi-  
rum post comma de Cerintho haec addit: „Hu-  
„ius successor Ebion fuit, Cerintho *non* in omni  
„parte *consentiens*, quod a Deo dicat mundum,  
„non ab angelis factum.“ Legerat igitur utrum-  
que illud et: *consentunt* et *non similiter*. Sed  
alterum statim ex altero suppleuit, unde con-  
fensus et dissensus *ex parte* emersit.

Idem vero quod Cotelerius et Grabius textu per coniecturam immutato intendebant, obti-nemus commate post voculam *similiter* posito. Quo facto simul antecedens: *consentunt*, ex op-  
posito *non similiter* lucem accipit. Malimus ita-  
que locum sic resingere: „Qui autem dicuntur  
„Ebionaei, *consentunt* quidem“ (sc. cum eccl-e-  
siasticis) „mundum a Deo“ (summo et uno), „fa-  
ctum, ea autem, quae sunt erga Dominum,  
„non similiter. Ut Cerinthus et Carpocrates, opi-  
„nantur \*). Solo autem“ etc. Ad vocem: *non*

B 3 *autem* *non* *similiter*

\* ) Dum Cerinthus Iesum Messianam dignitatem et  
aucto-

*similiter subintelligendum est verbum: consen-*  
*tiant, (συμφωνεῖ τοις καθημάσι). Antecedentes*  
*vero voces: ea autem quae sunt, erga Domini-*  
*nūm, cūm in graeco textu breuins ita sonent:*  
*τὰ δὲ πατα τὸν Κυρίον, accusatiūm per πατα*  
*supplendum sumi deberi, nemo dubitauerit.*  
*Graece igitur Iocum ita fere sonasse putemus:*  
*Οἱ δὲ λεγομένοι Εβιωναιοι συμφωνεῖ μεν τὸν ποσμὸν*  
*απὸ τὸ Θεός γεγενηθεῖ τὰ δὲ πατα τὸν κύριον αχ δύοιως.*  
*Καθ' ᾧ \*) ο Κηρυνθός και Καρπούρας, δοκοσι μονώ δε*  
*τῷ πατα Ματθαίον εναγγελιῳ χρωνται η τ. λ.*

### §. IX.

Sed haec velut ex adiacentibus delibata sumto. Persequimur autem, quod nostri nunc trahitis est, articulatim Cerinthianum Gnosticismum e locis superius datis exponentes. Spectant autem hinc tractationis orationis inveniuntur auctoritatem tum habuisse autumabat, cum mens quaedam coelestis, ο Χριστος, illi adesset, Ebionaei vero Iesum putabant Messiam fuisse, quoniam Deus vi sanctissima (το πνευματι αγιω) ipsum perfuderit, non tam re ipsa differebant, quam verbis modoque effectum idem explicandi.

\*) Sic posito textu, reliquos haerefiologos, qui „Ebionaeos“ in multis Cerintho similiter errasse, ut Philastrii haec verba sunt, vel Ebionem *ισα τοις αλλοις εν απασιν Φρονησαι* profertur, ut haec quidem Epiphanius scripsit (haer. XXX. p. 126.) *consimiliter* legisse non efficitur. Ipsorum assertio pendet a voce: *vt vel παθως.*

autem, quae de illo comperimus, partim Cosmologiam theologicam partim vero fontes religionis et denique Christologiam, Prioris generis haec sunt:

1) *Existit principalitas (αρχη) quae est super uniuersa (εφ ὅλων) Deus qui est super omnia, Deus primus.* Deum enim primum ponere ita absolum non videbatur illis temporibus, quibus vel Iudeus unus Dei confessor, Philo, subiectum Deo supremo inferius et secundarium etiam Deum et quidem δευτερον Θεον nuncupare non haesitauerat; επει γαρ (ο ερμηνευς λόγος), inquiens, των ἀτελῶν εἴη θεός, των δε τελείων και σοφων δ πρώτος. Opp. edit. Pfeiffer. p. 362. Vol. I. Eodem vergit Vol. II. p. 142. ubi: τοις δε Λευκταῖς, ait Philo, ὁ πόντων ἡγεμὼν εσιν, οὐαὶ οἱ μεν ατέλειενομον (lege nobiscum: ἡγεμονα) εγκωσι τον ιερον λογον εποιει δε τον, ωιερευται, Θεον. Quae dicta illustrantur quam maxime loco, qui, ex I. libro Philonis ζητημάτων καὶ λύσεων apud Eusebium in Praeparationis Euang. L. VII. c. 13. seruatus extat, his verbis: διατι ως περι επεργ θεος φησι τον εν εικονι θεος εποιητε τον ανθρωπον, αλλ' εχι εν τη εάντε; Παγκαλως και σοφως τετι κεχρησμωδηται. Θηταν γαρ εδεν απειπονι θηγαι προς τον αιωνατω και πατερω των όλων εδινατο αλλα προς τὸν δεύτερον θεόν, ος εἰν ἐκείνης λόγος. Εδει γαρ, τον λογικον εν ανθρωπε ψυχῃ τυπον υπο θειε λογις χαρακθηναι, επειδη ο πρότερος λόγος θεός ιρείστων εἰν ή πᾶσα λογική Φύσις. τω δε υπερ τὸν λόγον εν τῇ βελτίσῃ και τινι εξαιρέτῳ καθεισάτι ιδεικ εδεν θέμις ήν γενητὸν εξομοιώθαι. Quibus addere poteris ex libr.

II. legis Alleg. p. 228. locum de manna allegoricum: ποτιθένται (ψυχαι illae) και τα μαννα εμπιπλανται τα γενικωτατα. Καλειται γαρ το μαννα Τι; ο παντων γενος εσι — i. e. Manna hebraice (Exod. 16, 15.) significat quid, id quod generalissimum est ex praedicatis omnium, quae cogitari possunt. — Το δε γενικωτατον εσιν ο Θεος και δευτερος, ο θεος λογος. τα δε αλλα λογω μονον υπαρχει, εργοις δε εσιν ο \*), ισον τω εκ υπαρχοντι. Quin etiam summum illum Logon ab interpretibus Alexandrinis τον θεον dictum fuisse, libro de somniis p. 465. (ed. Colon. 1613.) huc illuc se vertens asserit Philo his verbis: καλει δε τον θεον τον πρεσβυτατον αυτα νυν λογον; και δειπλαιμονων περι την θεσιν των συοματων. Alias enim τον λογον vocari θεον sed sine articulo, concedit. Etiam reliquae illae phrases de Θεω δλων και απαντων pari plane sensu sumitae IudaeosAlexandrinos allegorias non offendebant.

2. *Deus primus non factor mundi.* — Cur non? ex Cerinthiana γνωσται ipsa non relatum legimus. Nec satis patet, utrum Cerinus solum inter τον Αιτιον πρωτον et δευτερον cum Allegoristis Iudeis discrimen fecerit, an vero summum Deum nullo

\* In Editis legitur: εσιν ο ισον.. Sed sensus hic est: reliqua existentia non sunt nisi per logon illum, reuera autem sunt non (ein nicht) aequale non-existenti.

nullo modo causam mundi voluerit haberi. Etiam si a Virtute Deum primum ignorante mundum conditum autumaret, eam tamen, quantum nesciam, a summo principio pendentem cogitare sane potuit. Quo facto ab Alexandrinis Allegoristis Indiaicis non nisi in eo discessisset Cerinthus, quod hi Logon, mundi demiurgum, statuerent τῷ Αἰτίῳ deditum eiusque cognitione maxime imbutum. Philo nimirum p. 66. de Cherub. ed. Pfeiffer haec ponit discrimina causarum: Προς την τινος γενεσιν πολλὰ δει συνελθεν· τὸ υφ' ἐ., τὸ ἐξ ἐ., τὸ δὶ' ἐ., τὸ δὲ' ὁ. Καὶ εστι μεν τὸ υφ' εἰτιον· εξ εἰς δε η̄ υλη̄ δὶ' ἐ δέ τὸ ἐργαλεῖον (al. οργανον) δὶ' ὁ δὲ η̄, αἰτία.. Ιδε ταῦδε κοσμον. Ευρησεις γαρ αἰτιον μὲν ἀντὶ τὸν Θεὸν, υφ' ἐ γέγονεν, υλη̄ δὲ τὰ τέσσαρα σοιχεῖα ἐξ ὧν συνεκδιθη, ὁργανον δὲ λόγον Θεόν, δὶ' ἐ κατεσκεύασθη, την δε ικτασιευης αιτιαν την αγαθοτητα τε δημιουργα. Φιλαληθων (sic instat) ηδε διαιρισις, επισημης αληθεας και θγιας εφιεμενων.

3. *Existit Virtus quaedam a Deo primo valde separata et distans eumque ignorans.* Hanc igitur Deo summo longe inferiorem nec (satis bene) de illo informatam fuisse cogitauerit. Quod *malam in se* habuerit, non sequitur. v. prior. tractat. §. 18. p. 32. Potius, qua methodo, in multis sane probabili, de lege Mosaica judicauerint Gnostici, clarissime patet ex Ptolomaei ad Florin. epistola in Epiphanii haer. 53. §. 3. sq. exhibita, vbi conditor legum mosaicarum judicatur

tur μεσον παθεσώς καὶ μῆτε αγαθός ὣν μῆτε μὲν πάπος,  
μῆτε αδειος, ιδίως τε λεχθεῖν αὐ δίκαιος, της κατ' αὐ-  
τὸν δικαιοσύνης ὥν Θραυστης. Καὶ . . μὲν πατέρεσσερος  
τῇ τελείσθεξ καὶ της επεινες δικαιοσύνης ελαττῶν ἔτος ὁ  
Θεός. ἀτε δὴ καὶ γεννητός ὣν καὶ ἐν αγένητος. v. Gra-  
be spicileg. P. II. p. 79. coll. p. 70. 71. ubi μισ-  
τονηρος dicitur.

Non hanc virtutem *μοσμοποιίην* sed mundi  
ipius materiam alio loco (L.V, 19.) quem iam \*)  
Massuetus, editor Irenaei, ad Cerinthum perti-  
nere voluit, intelligit Lugdinensis „alii, in-  
„quiens, ab Angelis quibusdam dicentes factum  
„esse mundum et substantiam eius. *Alii qui-*  
„*dem porro et longe separata ab eo, qui est se-*  
„*cundum ippos, Patre, a semet ipsa floruisse et ex*  
„*se esse natam. Subintellige ex antecedentibus* —  
„*substantiam mundi.*

4. *Ab hac Virtute factus est mundus.* Quo  
nomine eam vim, et naturam, mundi opifi-  
cēm, Cerinthus appellauerit, non constat. An  
demiurgum? id est δημιεργὸν seu eum, qui quid  
palam producat (*hervorarbeitet*)? An vero no-  
mine forsan ex veteri Testamento, hoc est, eius-  
dem opificis angelorumque ipius ex oraculis de-  
sumto?

*Angelos ipsum habuisse mundi opifices,* Epi-  
phanius, loco supra §. VI. allato, monet, atque  
in

\*) cf. über den Zweck des Euang. Ioh, p. 154.

in suis ex Irenaeo excerptis, ut videtur, studiose et de industria omittit comma illud: „sed a „Virtute quadam — Deum“; ex quo quippe *vni* Virtuti seu Angelo Cerinthus mundi structuram demandasse videretur. Possint haec sine artificio consentire. *Angelorum* nomen malebat Cerinthus, ut judaizans. *Aiawaw* nuncupatio, id est naturarum per *aiawaw* duraturarum — vtrum jam trita fuerit tum inter gnosticos nequit ostendi. Plures autem angelos in mundo condendo cooperatos vnum inter se principem habuisse, operis rectorem, qui alias adlocutus excitauerit (Gen. I, 26.) hoc alii Iudeorum figmentis valde consentaneum recipere facile potuit Cerinthus et fibi tamen Iudaicam Dei vnitatem seruasse videri. Deum enim Archangelos et Angelos, in textu designato, compellasse, Iudeorum erat opinio, Chrysostomo etiam et Theodoro reto nota.

Nolim tamen omnino contradicere, si Irenaeum hoc in articulo discrimen inter Carpocratem, (L. I, 25.) qui mundum ab *Angelis* multo inferioribus ingenito Patre factum dixerit, et Cerinthum, qui *onam* Virtutem mundi opificem habuerit, accuratius fixisse cum doctiss. Storr praeceperis. Irenaeus sane, quod perspicacissime vidit Vir S. Reu. *Ueber den Zweck des Euang. Ioh.* p. 154. alio loco L. II, 11. distincte reprehendit „credentes, quoniam angeli aut Virtus „aliqua separata a Deo et ignorans eum fecit hanc

vni-

„vniversitatem;“ licet hoc ipso in loco ante vocem: angeli, desiderari adhuc possit vocula: aut. Tum demum nempe praecise distinctio opinionum indicata foret.

Vtrum ipsa etiam mundi materia extiterit sec. Cerinthum ex voluntate mundi fabricatoris, an vero aintea illam extitisse sumserit, definire nescimus. cf. tamen nrnum 3.

§. X.

Fontes religionis quosnam habuerit Cerinthus, minus dilucide cognoscimus. Si dogmata eius pensitantes ad fontes, vnde profluxerint, retro concludimus, plurima sine dubio ideo ipse statuisse sibi visus fuit, quoniam aliter apte cogitari non possent. Dei primi infinitam illam distantiam ab omni materia ex suo de puritate diuinae naturae conceptu eum eliciisse, nemo putem, dubitabit. Fecerunt hoc idem Alexandrini Iudeorum Allegoristae. Inferioris naturae opus mundum habuit, quia valde imperfectum hunc videre sibi videbatur. His positis Iudaeus natu, quaecunque ex Iudaicis libris sacris retinere potuit, admiscuit. Sic non inepte cohaerent, quas Epiphanius tradit, Gnostici Cerinthi theses de veteri Testamento sequentes:

1) *Vnus ex angelis mundi fabricatoribus legem dedit Mosaicam,*

2) *haec*

2) *haec, partim bona, adhuc etiam ex parte  
seruanda est.*

3) *etiam prophetae, id est libelli propheticci, ab  
angelis dati sunt.*

Cerinthum gnosticum in Vet. Ti libris multa inuenisse, quae Deo primo indigna ipse censuerit, ex sententiis aliorum gnosicorum contra sacras Iudaeorum scripturas pronunciatis facile intelligitur. Sed omnia tamen non damnavit. Talia enim praecepta, *vt το μη μοιχευειν, το μη Φορευειν*, et ipsi visa fuisse *αγαθον νομον* Epiphanius innuit §. II. Vnde hanc seruari debere legis partem ob internam bonitatem, in promptu erat. Eum vero, qui subinde bona etiam et voluerit et praeceperit, *vtut, summi Dei ignarum malum* morali sensu habere non potuit. Habuit tamen *ει αγαθον*, hoc est, neque mundi perfectissimi neque legis omnibus numeris absoluti auctorem. Qua de re *vt inter Epiphanium historicum et πολεμισην* distinguamus, supra jam tract. I. §. 32. indicatum est \*).

Prophetas aliqua saltim ex parte in pretio fuisse apud Cerinthum, inde etiam confirmari potest

\* ) Consentientem habemus Walchianam haeresium historiam p. 261. IV *Die Welt hat einer von diesen Engeln erschaffen, der zwar nicht böse ist, aber doch den höchsten Gott nicht erkannt hat.*

potest, quod in γνωστει sua Christum, seu Messiam, id est, titulo plane Iudaico insignitum πνευμα, recepit; quod idem deinde a Cerintho ad alios e. g. Valentinum, facilius diuerso etiam sensu, transiit, semel in ista γνωστει christiana suscepit.

Dum diserte legem vni angelorum tribuit, prophetas non omnes ab eodem actos fuisse, voluit, ut videtur, innuere. Sic Iudeos etiam inter θεοπνευσταν Mosis et Prophetarum ingens ponere discrimen, omnes sciunt. Et speciatim apud Allegoristas Alexandrinos Mosen aliis omnibus mirifice eminuisse, colligi statim potest ex Hornemannianis ad illustrationem doctrinae de Canone Vet. Testamenti ex Philone observationibus (Havniae 1775.) p. 34. sqq. Similiter autem negotia inter angelos dispertiri omnes ii solent, qui tutelares genios seu angelos statuunt. Atque in tali των αγγελων θεσησειο natum habemus et educatum Cerinthum.

Ex novo Testamento ipsum Cerinthum non nisi Matthaei Euangelium usurpasse, Epiphanius, ut monuimus tract. prior. §. 20. non diserte tradit. Multo minus quonam opinionum nexu id receperit, colligere possumus. Loquitur enim Haeresiologus de pluribus Iudaizantium Christianorum partibus, qui Messiae adseclae veraces videri voluerint. Quid exinde Cerinthus *Gnosticus* retinuerit, quid tales Cerinthiani, nemo conficiet. Epiphanius in illo

illo orationis contextu, si omnia damus, non nisi Iudeochristianum Cerinthum attigit. Taliis dum erat, πνωλον etiam ηθετησε. An serius item, dubitamus; videmus tamen, etiam a gnostico, τον νομον απο μερες seruante, Paulum, diu antea oppugnatum, ita male intelligi potuisse, ut reiiciendus ei videretur. Paulinum enim illud: τον νομον, την εν νομι δικαιοσυνην repudiari, semper ambiguitatis aliquid habebat, et plerisque Iudeochristianis exosam a Petr. 3, 16.

17. αθεομων speciem.

§. XI.

Christologia Cerinthi Iudeochristiani quae fuerit nos proflus latet. Gnosticus

1) *Iesum non ex virgine, sed Iosephi et Mariae filium, similiter, ut reliqui omnes homines, natum habuit.*

Iosephi filium Iesum fuisse, similiter ut reliqui homines omnes natum cum initio Euangelii Matthaei quomodo conciliauerit Cerinthus, nos sane non perspiceremus. Sed Cerinthum ipsum illa γενεαλογια ενσαρκων usum fuisse, ut modo diximus, historice traditum non est. Ex Ebionaeis etiam antiquiores illi, qui Iesum hominem λιτον μεν και νομον, εξ αυδος τε κοινωνιας και Μαζιας γεγενημενον autumauerunt v. Euseb. H. E. III, 27, poterant certe Matthaei introitum recipere, si forte αυδηα istum non Iosephum ipsum fuisse suspicabantur.

bantur. Quos cum Epiphanius dixisse scribat  
haer. 30. §. 11. εν παρατηθησ και σπερματος ανδρος,  
τετεζι τε Ιωσηφ του χριστου γεγενηθαι, hoc ipsum:  
τετεξι τε Ιωσηφ, supplementum esse patet, quod  
ex coniectura addi debere E. putauerat.

2) *Iesus justitia et potentia et sapientia aliis hominibus plus potuit.*

Quid de origine mentium humanarum statuerit Cerinthus, hoc loco sciscitari monemur. Vndenam enim quaeſo, id quo Iesus homo plus potuit? sed filet historia; in qua supplenda audaciores esse veremur. Dum Gnosticus homo ait: plus potuit; magici quid dicto inesse videtur, mentem scilicet Iesu contra angelos mundipotentes, vt ita dicam, plus potuisse insita sua vi. Cur hunc hominem Christus deinde prae aliis elegerit, Patris manifestandi ogyavov, sic demum explicatum erat.

3) *A summo principio descendit in Iesum (πνευμα αγιου) Christus post baptismum, columbae figura.*

Phrasis: columbae figura, εν ειδει περιερες apud Lucam solum extat III, 22. (τωματινω ειδει ωσει περιερευ) Tantum abest, vt Cerinthi formulae extantiores a Mattheo penderent. „Post „baptismum“ ait; id est cum caput ex vndis item eleuaret, atque ad litus ascendere inciperet. Matth. 3, 16. Marc. 1, 10.

4) *Iesus*

4) Iesus tunc annunciauit incognitum Patrem.

Deum vt Patrem, non vt iratum vindicem ostendere, quantum Iesu curae cordique fuerit, bene senserunt Gnostici. Et Pater multis sane ex aequalibus *incognitus* erat, Eu, i, 18. 6, 46. 8, 54. etc. dum Iehoua Deus fortis et Zelota, Iudeo metum incussit, gentilem vero quemuis irati Dii terrefecerunt. Id vnicē dolendum est, gnosticos inde ad diuersitatem Dei Summi a Deo Prophetis et Mōsi cognito temere conclusisse. Exegeticam aliquam diuersitatem, quae ex vestitate hominum librorumque illorum facile explicatur, si tenuissent, naturale seu reale discrimen vt excogitarent, adducti non fuissent.

Locus Irenaei alius, quem post alios hic consultit S. R. Storr. (*Ueber den Zweck des Euang. Joh.* p. 178.) varia habet, quae Lugdunensem ibi ad Cerinthum respexisse nobis vero absimile ostendunt. Legimus autem L. Ill. c. 16. §. 1. „Quoniam autem sunt, qui dicunt, Iesum quidem receptaculum Christi fuisse, in quem desuper quasi columbam descendisse Christum et, cum indicasset innominabilem Patrem, incomprehensibiliter et inuisibiliter intrasse in *Pleroma*. Non enim solum ab hominibus sed ne ab his quidem, quae in coelo sunt, potestatibus et virtutibus apprehensum eum. Et esse quidem filium Iesum, patrem vero Christum et Christi patrem Deum.“ In his licet sint, quae etiam

C

Cerin-

Cerinthiana fuerint, tamen Christum Patrem a Cerintho dictum fuisse, non quadrat. Ita demum is se, non incognitum Patrem per Iesum annunciasset. Etiam 2. formula: pleroma, ex Eu. Ioh. I, 16. hausta nobis videtur, adeoque prioribus gnosticis ignota. Denique 3. plures in *coelo* Cerinthum posuisse εξεσιας και δυναμεις, alibi non deprehenditur, nisi angelos ποσμοποιες heic intelligi concedas.

5) *Iesus tunc et virtutes (δυναμεις) perfecit.*

6) *In fine reuolauit Christus a Iesu atque ita impaffibilis perseuerauit, πνευματικος ον.*

Ergo non induulso eo nexu, quem posterior formula personalem appellauit, Iesu homini vnitus videbatur Christus ille e superioribus Spiritus; vnitus tamen ita, vt, nisi reuolasset, ex passione Iesu trahere aliquid potuisset. Spiritum vero excelsiore aliquem pati, γνωσις non ferebat. Passionibus inferiorum αιωνων originem mali ως εν παραβολῃ adumbrabant Gnostici.

7) *Iesus passus est.*

Cui bono? Cerinthianam de hoc interpretationem frustra optamus. Mundi opifices angelos Iesum eo vsque persecutos fuisse, vt Walchiana haeres. historia l. c. p. 264. interserit, vetus historia non docet. Qualis enim redemptio Cerinthiana fuerit, id ex multis illis speciebus, quas Irenaeus L. I. c. 21. commiscuit, nequimus

nos

nos expiscari. Quadrare possent in Cerinthum, quae leguntur nr. 2. p. 94. τομεν βαπτισμα τε φαινομενη Ιησε, αφεσεως ακαρπιων, την δε απολυτρωσιν τε εν αυτῳ Χριστῳ πατελθόντος εις τελειωσιν εναι υφισανται, si εν αυτω idem sit ac εις αυτον, eum in modum, ut mox nro. 3. p. 95. baptismatis formula aliqua gnostica assertur: εις ονομα αγνωστη πετρος των ολων, εις αληθειαν μητερα παντων εις τὸν καθελθόντα εις Ιησον εις \*) εγωσιν και απολυτρωσιν και κοινωνιαγ των δυναμεων. Praeter voces εις αληθειαν μητερα παντων Cerinthiana etiam sunt haec omnia.

3) Iesus resurrexit.

An σωματινω; an vero σωματινω tantum ειδει? Materia vti, Cerinthianus Christus non deditatus fuerat, dum Iesum οργανον suum de legit. Nihil repugnantiae ergo habebat, si quacunque demum de causa vel ipsum corpus Iesu sui nolebat hac nece periisse. Quid vero postea de corpore rediuiuo factum esse putauerit Cerinthus, plane nescimus.

Corporum resurrectionem Gnostico Cerintho cur tribuamus, non inuenimus. Est tamen inter Gnosticos Menander, ex Samaritanis progres sus, vt Cerinthus ex Iudeis, qui „resurrectio-

C 2 nem

\*) Intellige: descendenter hac fine, vt vnitioem (inter se et Iesum) et redemtionem efficeret atque (cum Iesu) miraculorum facultatem communicearet.

„nem per id, quod est in eum baptismus, acci-  
„pere eius discipulos et ultra“ (sc. post resur-  
rectionem e mortuis) „non posse mori sed  
„perseuerare non senescentes et immortales“ ven-  
ditauit. Iren. L. I. c. 23. nr. 5. p. 100. Priori-  
bus igitur illis ex Samaritano-christianismo ex-  
ortis Gnosticis corporum quoque depurgando-  
rum spem aliquam fuisse constat. Non enim  
adeo mere-Gnostici erant, ut sequiores. Adhae-  
rebant Iudaizantia non nulla. Ex Epiphanio  
certe haer. 27. §. VI. Cerinthianos gnosticos vel  
omnes vel nonnullos corporum resurrectionem  
negasse, itidem consici non magis potest, quam  
contrarium. Non enim historice loquitur de Ce-  
rintho nisi sub initium paragraphi; posthaec ex  
Paulo id tantum vniuerse elicit, fuisse Paulina  
aetate, qui vel Iesu vel mortuorum omnium re-  
surrectionem negauerint. Eos vero Cerinthia-  
nos fuisse, non dicitur.

Sunt etiam, qui ad Cerinthianam doctrinam  
retulerint ex haer. 27. §. VI. p. 114. Epiphanius  
locum hunc: εν ταυτη γαρ τη πατειδι (sc. αιρεσεων)  
Φημι δε Απικ, αλλα και εν τη Γαλατια πανι ημαστεο  
τετων διδασκαλειον εν οις και τι παραδοσεως πρωγυρι  
ηλθεν εις ημας\* ως τινων μεν παρ αυτοις προφθανοντων  
τελευτησαν αγεν βαπτισματος, αλλας δε αντ' αυτων εις  
ονομα επεινων βαπτιζεθαι υπερ τα μη εν τη ανασασει  
ανασαντας αυτες δικην δεναι τιμωριας βαπτισμα μη ει-  
ληφοτας, γινεθαι δε υποχειρικς της τα κοσμοποιια εξ-  
σιας. και τυτα ενεκα η παραδοσις η ελθεσαι εφ ημας  
Φησι τον αυτον άγ. Αποσολον ειρηκεναι ει σλως νεκροι

εικ

καὶ εγείρονται τι καὶ βαπτίζονται υπερ̄ αυτῶν; (1 Cor. 15, 29) Sed ex mente scriptoris quorumnam sit το τετων δεδασκαλειον, quod in Galatia et Asia inualuerit, confici non potest. Talium omnino, qui Iesum nondum resurrexisse, sed cum mortuis resurrecturum esse, putauerint, id etiam fuerit necesse est, si ex contextu orationis argumentari licet. Tales vero ad Cerinthianos *Gnosticos* pertinuisse, idem vetat contextus, qui antea inde a §. II. med. de Iudeochristiano Cerintho, tum vero §. V. de Iudeochristianis varii generis haereticis differuerat.

## §. XII.

Atque haec omnino sunt, quae nos quidem de Cerinthiana γνωσηι tanta, quanta hisce in rebus post tantum temporis interuallum, in ista documentorum et paucitate et obscuritate nobis contingere potest, cum specie veri elicere valemus. Veri autem vel maxima species, qua haec omnia vñquam nitent, maior sane et splendidior esse non potest, quam Irenaei et Epiphanius auctoritas in re a tempore locoque, quo isti degebant, remota nec ab ipsis nisi breuiter et velut e longinquu tacta jure meritoque aestimatur. Deplorandam profecto interpretis conditionem, si in explicandis Noui testamenti libellis aliquot grauissimis et difficillimiis a pauculis hisce potissimum notitiis, vbi tot momenta insunt non luculenter et distinete tradita, pendere deberet. Immo vero mul-

to magis adhuc deplorandam dogmatici fortē,  
cui hac velut clavi \*) necessaria in primis vten-  
dū ad penitorem Iohannei euangelii at-  
que epistolarum sensum hominibus de salute sua  
inde stabilienda sollicitis anxiisque recludendum.  
Is sane obscurum ex obscuriori, certius ex incer-  
tiori illustrandi et confirmandi artem adin-  
uentam teneat, necesse est, qui hac via persua-  
sum sibi habeat, vel se ipsum ascendisse vel alios  
se educere posse in eum certitudinis et πιστεως gra-  
dum, ad quem in rebus diminis atque adeo men-  
tis nostrae aciem superantibus cantus quisque et  
religione sine metu tactus adniti optauerit. Nos  
quidem, si hac potissimum via ad exegesin et  
dogmaticam Iohannis Euangelistae tendi debere  
cerneremus, videremur sane nobis e longinquō  
tramitem ingressi lubricum, cuius in lateribus  
hic illic biuia vtrinque paterent et triuia, quibus  
admoti, quo eundum sit, nunquam certum, sed  
magis minusue probabilem tantum, si fors ita  
fert, in dicem reperiremus. Quot enim quaeso  
sunt, dum vel vnam Walchianam euoluere pla-  
cket haeresium historiam, momenta in Cerinthiano  
systemate, in quibus eruditii historiarum in-  
dagatores — non dicam, statim consenserint —  
sed nunc vel tandem, dubitationibus hinc inde  
pensitatis, in vnum conspirauerint? Quotnam  
vero, ex quo omnia ista recentius etiam de novo

a

\*) Extat Oporini Clavis euangelii Iohannei historico-  
ecclesiastica. Goettingae 1743.

a pluribus viris eruditis examinata fuerunt, si peresse adhuc putes dubia, ex parte nunquam inextricabilia? Sint vero talia omnia doctioribus, quam nos sumus, certa satis et indubia; quo modo demum ita perspicua fieri possent, ut meditabundus certique cupidus euangelii Iohannei lector, non innutritus tamen ecclesiasticis istis subtilitatibus, lucem exinde petere possit, non obscurius, quam in causa grauissima opus esset, in vulgus ostensuram: an et quo sensu Iohannes thema suum: οτι Ιησας εστιν ο χριστος ο νιος των θεων (c. XX, 31.) aduersus Cerinthianam γνωστην φευδωνυμον munire voluerit?

§. XIII.

His pro merito perpenfis non multum sane lucraremur, si Iohannem Euangelistam contra Cerinthum et commentarium suum de Iesu Messia et epistolas scripsisse, certissimo historici testimonio sed generatim edoceremur. Euangeliū enim illud vniuerse contra Cerinthum esse scriptum, non sufficeret nobis nosse, sed quae-nam effata Iohannea praecise contra Cerinthum dicta sint adeoque ex antithesi illa strictius explicari debeant, id, cum Iohannes digitum indicem eo intendere noluerit, aliunde certo cognoscere gestiremus. Non enim omnia Cerinthi statim falsa, si vel maxime constaret, Iohannem Cerinthiana scriptis refutasse. Neque omnia Iohannea, quae forte vt tela in Cerinthum a no-

bis verti possint, ab ipso scriptore in eum cusa  
fuisse sumamus, si, quem circulum in demon-  
strando vocant logici, pro grauitate rei circum-  
specti vitare cupimus.

Itaque, ut exegitiae saltem lucis aliquid in-  
de sperari possit, testimonium de scopo Euangeli-  
i Johannei aduersus Cerinthum aut diluci-  
dum atque accuratum satis fuerit, aut nobis  
nullum sit, necesse est. Tale autem testimonium  
in loco ap. Irenaeum L. III. c. 11. non exhiberi,  
admodum dolemus. Haec enim sunt, quae le-  
gimus: „Hanc fidem“ (quod sc. vnum et idem  
Deus et Pater sit, qui a Prophetis quidem an-  
nuntiatus, ab Euangilio vero traditus etc. III, 10.  
sub fin.) „annuntians Iohannes, Domini disci-  
„pulus, volens per Euangeli annuntiationem  
„auferre eum, qui a Cerintho inseminatus erat ho-  
„minibus, errorem, et multo prius (!) ab his, qui  
„dicuntur Nicolaitae, qui sunt vulsio (πυστασμα)  
„eius, quae falso cognominatur scientia (γνωσις  
„Ψευδωνυμος;) vt confunderet eos et suaderet, quo-  
„niam vnum Deus, qui omnia fecit per Verbum  
„suum, et non quemadmodum illi dicunt: alterum  
„quidem fabricatorem (Demiurgum) alium autem  
„Patrem Domini, et alium quidem fabricatoris fi-  
lium \*), alterum vero de superioribus Christum,  
„quem

\* ) Iesum, quatenus a Christo illo de superioribus  
spiritu distinguitur, fabricatoris filium nuncupa-  
tum

„quem et impassibilem perseverasse, descendens  
„tem in Iesum filium fabricatoris et iterum re-  
„uolassem in suum Pleroma, et Initium quidem  
„esse Monogenem, Logon autem verum filium  
„vnigeniti, et eam conditionem ( $\kappa\tau\iota\sigma\iota\omega$ ) quae est  
„secundum nos, non a primo Deo factam sed a  
„Virtute aliqua valde deorsum subiecta, et ab-  
„scissa ab eorum communicatione, quae sunt in-  
„uisibilia et innominabilia. *Omnia igitur talia*  
„circumscribere volens discipulus Domini et regu-  
„lam veritatis constituere in Ecclesia: quia est  
„vnum Deus omnipotens, qui per Verbum suum  
„omnia fecit et visibilia et inuisibilia; significans  
„quoque: quoniam per Verbum, per quod Deus  
„perfectis conditionem ( $\kappa\tau\iota\sigma\iota\omega$ ), in hoc et salutem  
„his, qui in conditione sunt, praestitit homini-  
„bus; sic inchoauit in ea, quae est sec. Euani-  
„gelium doctrina: In principio erat Ver-  
„bum“ etc.

C 5

§. XIV.

tum fuisse a quibusdam Gnosticis, hoc ex loco  
fatis patet. Dubium vero est, an graecus textus  
 $\tau\zeta\tau\epsilon\pi\tau\omega\nu\sigma$  (Ιωσηφ)  $\nu\iota\sigma\varsigma$  an vero  $\tau\zeta\delta\eta\mu\iota\sigma\gamma\varsigma\,\nu\iota\sigma\varsigma$   
scriptum habuerit. Iesus homo in Cerinthiano  
quoque systemate erat *ex conditione* i. e.  $\kappa\tau\iota\sigma\iota\omega$   
*Demiurgi*. Hoc ipso filio Demiurgi (vt ab aliis  
Gnosticis terrenus Iesus vocabatur III, 11. §. 3.  
p. 189, b) contra Demiurgum sec. Cerinthum vte-  
batur Christus. Nihil igitur impedit, pro titulo:  
fabricatoris filius, etiam h. l. supponere graecum:  
 $\sigma\,\tau\zeta\Delta\eta\mu\iota\sigma\gamma\varsigma\,\nu\iota\sigma\varsigma$ , cum Iesus Cerintho vnum ex  
mortaliibus fuerit a fabricatore mundi productis.

§. XIV.

Lecto autem atque relecto hoc loco nemo  
fane inficias iverit, ab Irenaeo Iohanni Evange-  
listae voluntatem tribui, auferendi eum, qui a  
Cerintho erat inseminatus, errorem. Nec mora-  
bimur in dubitatione contra illud plusquamper-  
fectum: inseminatus erat, quod, si graece qui-  
dem lectum fuerit *ενεσπαρη*, omnino nonnisi la-  
tini est interpretis; monente jam Fr. Ad. Lampe  
in Comm. ad Evang. Ioh. (Basil. 1725.) T. I.  
p. 181. §. XV. Cum nimirum Cerinthum gnosti-  
cum Irenaeus Iohanni aequalem censuerit (cf. su-  
pra §. III, 2. 3.) illud etiam *ενεσπαρη* tamen verten-  
dum esset inseminabatur; atque etiam in notione  
*auferendi* id simul datum esset, quod Cerinthia-  
nus error sec. Irenaeum praesens fuerit Iohannis  
aevo. At vero id, ex quo omnia haec pendent:  
utrum Irenaeus hac in re *historici* an vero *exege-  
tae* partes egerit, qua quæsio ratione evincamus?  
Si *historicum* eum hoc loco malimus existimare,  
id est, scriptorem, qui ex *παραδοσει* aliqua ipsi  
probata narrationem sumserit, tum etiam *histo-  
ricum* eum censere adiginur in altero momento  
protinus in sequente: quod voluerit per *Evang.*  
*annunciationem* auferre errorem multo prius in-  
seminatum ab his, qui dicuntur *Nicolaitae*, qui  
sunt *ψυλτιο*\*) της ψευδωνυμαγνωσεως. Utram-  
que  
\*) ut ap. Tertullianum: portio de Neronis cru-  
delitate.

que enim sectam comprehendit scriptor in pluri-  
ali addens: ut confunderet eos . . . In his igitur,  
quae de Nicolaitis non dubitanter posita  
sunt, si interpretis coniecturam, non historicū  
traditionem Irenaeus nobis reliquit — ut vero  
simillimum est auctori \*) hac in re classico —  
quo demum iure, qua quaeſo certitudinis specie  
in altero ejusdem theſeos membro Irenaeum ta-  
lem ſitimus historicum, cui tanta in evangelio  
Iohanneo momenta, humanae experientiae ac ra-  
tioni alias impervia, tuto poſſint inhaerere et  
inniti.

Plane in eadem re interpretem agere amat  
Irenaeus, dum Paulo etiam tribuit voluntatem  
abſcindendi omniem ipſorum (Gnosticorum sequio-  
rum) diſſenſionis occaſionem \*) L. III. §. 9. p. 207.  
Neque alii ex patribus ecclesiasticis in hisce re-  
bus exēgeticas coniecturas ab historicis traditio-  
nibus discernere, ut debebant, confueverunt.  
Quis non historicum audiri putaverit: dum Hiero-  
nymus (in Catalogo de Vir. eccl. c. IX.) „Io-

\*) v. Repertor. f. bibl. und morgenl. Litteratur XIV.

Th. Nro. V. Ueber eine Stelle des Irenaeus (III.  
11.) von D. Gottlob Christi, Storr. — p. 171 ſqq.

\*\*) „Praevidens enim et ipſe (Paulus) per Spiritum  
„ſubdiſtiones malorum magistrorum (e. g. di-  
„ſionem Iefu et Christi Cerinthianam, quam  
„tangit Iren. ſub init. §i,) et omnem ipſorum oc-  
„caſionem diſſenſionis volens abſcindere, ait, quae  
„praedicta ſunt Rom. 8, 21.

„Iohannes Apostolus . . . , novissimus omnium,  
„sicut scripsit Evangelium, rogatus ab Asiae  
„Episcopis, adversus Cerinthum, aliosque hae-  
„reticos, et maxime tunc Ebionitarum dogma  
„confurgens, qui afferunt Christum ante Mariam  
„non fruisse.“ Atque ita adleverantius nobis  
suas coniecturas tradiderunt Patrum vel do-  
ctissimi.

§. XV.

Vix autem est, quod moneamus, nihil fere  
nobis datum fore, etiam si historici partes in  
loco allato egisset Irenaeus. Nihil enim, unde  
accuratius cerneremus, in quibusnam locis vel  
dogmatibus Iohannes ut Anticerinthianus expli-  
candus foret, additur, praeter unum hoc mo-  
mentum: „quoniam unus Deus, qui omnia fe-  
cit per Verbum suum.“ Alterum nempe arti-  
culum postea demum, cum ex opinionibus Va-  
lentinianis \*), de απολυτρωσει varia commentis,  
alia plura interposuisset, indicat hunc: „quo-  
„niam per Verbum, per quod Deus perfecit  
„conditionem, in hoc et salutem his, qui in  
„conditione sunt, praestitit hominibus.“ Qua  
antithesi an etiam Cerinthus feriatur, nos pla-  
ne latet, quid de salute per Christum et Iesum  
effecta sit statuerit, ignorantes. Id vero, quod

prima-

\* ) ut sagacissime ostendit S. R. Storr in Repertorio  
l. c. p. 131. sqq.

primarium facere student \*) novae interpretationes, nimirum: divinitatem τε λογίας ita adstruere Iohannem, ut ne Cerinthus quidem ipfi satisfecisse putandus sit — id sane ne Irenaeus quidem, siue historicus fuerit siue exegeticus hac in re coniectator, diserto verbo pronunciavit.

§. XVI.

Iam vero destituti historicae traditionis de consilio Evangelii Ioh. adversus Cerinthum certitudine, cum tamen ea, quae historice ab Ireneao dicta fuisse non paucis videbantur, ad hanc quaestione in historia aliqua Cerinthi pertractandam ducant cogantque, unus supereret ad elicienda certiora fons limpidissimus, ipse Iohannis commentarius. Est igitur, ut attingamus, quae exinde absque diffusa commentatore in oculos incident.

Argumentationis summa haec videtur recte poni posse. Ut Iohannes adversus Cerinthum antitheses posuisse praefumatur, aut nominatim Cerinthus refutatus sit, aut theses nonnullae eum praecise in modum enunciatae deprehendantur necesse est, unde caput doctrinae Cerinthianae de industria peti et feriri sentiatur. Sentiatur enim ille, quem Epiphanius δικεφαλον οφιν,  
σηπτέδο-

\*) Ueber den Zweck der Evangel. Gesch. und der Briefe Ioh. p. 181. 424. et alibi.

*εγγεδονα*, pingere lusit (haer. 28. sub fin.) sentiat ille, inquam, dum feritur, se mori.

Raro quidem antagonistas nominari ab Apostolis in confessio est. In illo igitur, quod ad informandos lectores sibi cognitos (20, 31.) editur Iohannes, commentario evangelico nomen adversariorum non proponi, nemo mirabitur. Sed si polemice agitur, antithesin adversarii praecise exhiberi distinctaque negatione tolli debere, perinde nemo erit, qui inficietur. Secus enim si forte statueris et Cerinthiana nonnulla ex verbis Iohanneis posse refelli qualitercunque instes, sexcenti erunt errores, contra quos Iohannes — „per spiritum forsan praevidentis, ut de Paulo id novit (§. 14. p. 43.) Irenaeus ο παρδιογωνης — pugnasse dicendus fit. Ecquis vero Iohannem putet tam modeste tractare voluisse τον εχθρον της αληθειας, ut nonnisi ex obliquo atque eminus eum utcunque attingeret. Qualis moderatio, etiam si caderet in Iohanneum illud ingenium, quod non olim tantum efficit, ut juvenis cum tonantibus et fulgurantibus (וְיָמִים) componeatur, sed et in sene adhuc infuit satis fervidum, secundum 2 epam. 10, 11. minime profecto convenisset lectorum sive praesentium illorum sive futurorum indoli atque indigentiae. Praesentes enim, quos noverat, lectores, quibus ut Messiana auctoritas Iesu confirmaretur opus erat, ii sane bene jam informati Christiani non erant, quorum commodis etiam nutus aliqui

qui e longinquo atque semina argumentorum  
tecre sparsa satis inservire potuerint. Argumenta  
vera anticerinthiana in evangelico commen-  
tario ut sequioribus lectoribus facilius vel pa-  
teant, vel patuerint, tantum profecto abest,  
ut potius, industriam illam atque artem non  
unius inter exegetas, quā talia loca, hinc inde  
tamquam ex obscurō evocata, seorsim extra con-  
textum suum ad aciem disposita atque in arenam  
deducta, certamini singula adaptare, coniungendo  
debiliora confirmare, fortiora in altius  
erigere noverit, demiremur; ita, inquam, de-  
miremur, ut nihil fere mirabilius sciamus, quam  
hoc, quod in re, si quidem Iohannes de indu-  
stria tale quid intenderit, tribus lineolis absolu-  
venda, tot et tam compositis machinis bellicis,  
tantoque adparatu, rem ipsam plenisque impe-  
ritioribus ut imperviam occlusuro, opus esse  
voluerit scriptor divinus.

§. XVII.

Sed lucem omnino cernunt anticerinthianam  
interpretes nonnulli meridiano sole clariorem, ubi  
tamen, dummodo multiplicem illam της εξηγησεως  
discrepantiam, exemplorum, proh dolor, nube  
per 18. secula oftensam, ex historia intueamur,  
vix aurora vel λυχνος εν αυχμηρῳ τοπῳ adsit, ne-  
cesselle est. Caligantibus nobis utinam unum oc-  
cureret effatum, quo hallucinationes Cerintho  
propriae κατα γητοι sublatae atque extinctae appa-  
rerent.

rerent. Sed potius, verbi causa, loens ille, ut volunt, classicus, quo sub initium evangelii, a Iohanne suis verbis, quidquid in sequentibus et factis et sermonibus aliorum ipse declaratum viderit, praemonente, statim Cerinthus jugulari — post Irenaeum, qui hoc caput suo modo pertractat L. III, c. XI. — non paucis videtur, ita, quantum quidem nos intelligimus, expressus est, ut et omittantur primaria quaedam anticerinthiana et enuncientur Iohannea eo modo, quem Cerinthus vel in suam etiam partem interpretari vel adeo sponte sensu suo repetere potuisse. Age vero, repetamus nobiscum, si placet, sublimem illum Iohannei evangelii prologum; quo facto ne unam quidem ibi antithesin Iohanneam Cerinthum distincte atque ex opposito, ut fieri debet, impugnare, satis, opinor, patebit.

Infit: εν αρχῃ ην ο λογος και ο λογος ην προς του Θεου και Θεος ην ο λογος,

Simulac Cerinthus id senserit, λογον esse subjectum πνευματικον, quod per Iesum φως της κοσμου apparuerit, non potuit non animum eo intendere, utrum Iohannes talibus illum ornet praedicatis, qualia ipse Χριστω suo, de superioribus in Iesum παταθεβημοτι, tribuere solebat. Nec quidquam deinde in sytemate Cerinthi obstat, quo minus cum Iohanne et ipsem statim effaretur:

εν αρχῃ ην ο λογος (ο Χριστος)  
και ο λογος (ο Χριστος) ην προς του Θεου

immo altius etiam extolleret vocem:

Θεος ην ο Λογος (ο Χριστος)

cum Iohannes id, quod Cerinthum unice perdi-  
disset, omiserit addere; nimirum hoc:

ο επι πάντων Θεος ην ο λογος

Quod si pronunciatum fuisset, obmutuisset sane  
Cerinthus, atque Iohannea verba suis dogmati-  
bus is ipse, cum omnibus Gnosticis, praetendere  
nunquam potuisset. At vero Θεον nuncupare  
suum Christum facile potuit ea aetate, qua no-  
men Dei genericae notionis aliquid habere vide-  
batur, mentibus juxta Supremum Numen plu-  
ribus tribuendae; ea, inquam, aetate, qua vel  
Iudaei Allegoristae suum Logon, summi Dei  
οργανον inferius, sed antemundanum, Θεον των  
ατελων, Θεον δευτερον, etiam una voce Θεον ap-  
pellare, ut supra vidimus § 9. non dubitabant.

Immo vero effatum illud praecellens: Θεος  
ην ο λογος, contra Cerinthum ejusque similes fa-  
tis praemonere neminem potuit ea aetate, qua inter  
Θεον et τον Θεον jam Alexandrini Iudei aequi, ac  
Clemens, Origines \*), aliquique ex Alexandrinis  
Patribus postea, distinguere noverant. Sic enim  
iam

\*) Comment. in Ioh. Evang. ad hunc ipsum locum:

Θεος ην ο λογος scribit Origines: τιθησι μεν γαρ

D  
3000  
1800  
1700  
1600  
1500  
1400  
1300  
1200  
1100  
1000  
900  
800  
700  
600  
500  
400  
300  
200  
100  
0

iam Philo, libro de somniis p. 465. ed. Colon. ad articulum illum adtendi jubet, ad locum: εγω ειμι ὁ θεός ο οφθεις σοι haec insinuans: ακριβως εξετασον, ει δυο εισι θεοι. λεγεται γαρ\* εγω ειμι ὁ θεός ο οφθεις σοι, ἐκ εν τοπω τω εμω, αλλ έν τόπῳ θεός, ως αν ἔτερος, Τί ἐν χρή λέγειν; ὁ μὲν ἀληθείᾳ θεός, ἐις ἐξιν· ὅι δ' εν καταχρήσει \*) γενομενοι πλεισ. Διὸ και ὁ ιερὸς λόγος ἐν τῷ παρόντι τὸν μὲν ἀληθείᾳ (sc. θεον) διὰ τὴ ἀρθρον μεμήνυκεν, ἐπιών· εγώ είμι ὁ θεός, τὸνδέ(ἐν) καταχρήσει χωρὶς ἀρθρον, φασιν. ο οφθεις σοι εν τοπω ε τῇ θεός, αλλ' αυτο μόνον· θεός. Καλει δε τὸν θεόν τὸν πρεσβύτατον αὐτῇ νυνὶ λόγου, κ δειπιδαιμονῶν περὶ τὴν θεσιν τῶν ονομάτων . . . Quam temporis sui phrasin si sequi volebat Cerinthus — volebat autem is, qui de primo Deo loquebatur, titulo Dei in plures uti — Iohanneo effato teneri plane non potuit, nisi και ὁ θεός ην ο λόγος

Evan-

το αρθρον (ὅ) οτε ή θεος ονομασια επι τε αγεννητα τασσεται, των ολων αιτια, σιωπη δε αιτο (ὅ) οτε ὁ λόγος θεός ονομάζεται . . . λεκτεον δε οτι τοτε μεν αιτοθεος ὁ θεός ει — παν δε ο παρα του αιτοθεος μεταχρη της ενειν θειοτητος θεοποιε μενον, εχ' ὁ θεός, αλλα θεός κυριώτερον ἀν λεγοι το . . Clemens autem Strom. III. p. 460. eadem jam edocitus erat: κ γαρ θεόν ἀπλῶς προσειπεν, inquit ὁ τῇ τῃ ἀρθρον προταξει τὸν παντοκρατορα δηλωσας. cf. Viri perspicacissimi, Christi. Fr. Rösler, Biblioth. der KV. II Th. p. 285. et p. 50. n. 82.

\*) Catechresin intelligit non idololatricam, sed rhetoricae, ut mox contextus docet.

Evangelista contra ipsum pronunciare voluerit, id quod eo certius expectandum fuisse videtur, cum ante et post hanc thesin Deus summus cum articulo nominetur ο Θεος comm. 1. 2. Quae cum ita fuerint usū loquendi inter graecos quidem Iudeos tunc frequentata, (quem contra usus loquendi e Novo Test. a plerisque nondum ita investigari atque allegari potuit, uti quidem nunc sit in libro eruditionis pleno: *Ueber den Zweck der ev. Gesch. des Ioh.* p. 454.) — nihil superesse videmus, nisi haec alternatim ponenda: *aut* antitheses \*) has Iohanneas non contra Cerinthum directas esse, *aut* tales Iohannem antitheses edixisse, quales Cerinthus facile effugere potuerit. Posterior autem quis hac in re suspicari ausit, de qua in promptu fuisse, tam luculententer et distincte pronunciare, ut infinita argumentationum concatenatione in rebus rationem transcendentibus adeoque apertissime exponendis valde molesta nemo indigeret, neque rex neque gregarius? His enim non sufficit, Iohannea quaedam ita posse explicari, ut sint anticerinthiana; id potius requiritur, ut aliter, quam anticerinthiana, non possint bene explicari.

Sed si placet, ad reliqua prologi Iohannei momenta progrediamur. Repetitur, adeoque

D 2 atten-

\*) Antitheses enim in Ioh. Ev. I. positas esse — cf. *Ueber den Zweck der evang. Gesch. d. Ioh.* p. 451. — etiam nobis persuasum est.

attentione dignius proponitur: *ετος (ο λογος) η προσ. του Θεου.* Quis vero, cur Cerinthus de suo *χριστω* idem pronunciare noluissest, indicaverit?

Mox comma 3. de mundi opificio loquitur. Ita vero, si Cerinthus pro scopo est, errorem eius primarium hoc loco paucis everti audierimus, hunc: Deum primum non esse mundi factorem. At, quaeso, plane nihil de hoc. Quod, ut primum tangi potuerit, ferendum fuisset cerinthianae, immo omnis gnosticae doctrinae caput, id vero praeterit Iohannes. Logos fuille praedicatur is, δι & παντα εγενετο. Atque itidem momentum hoc extantius esse pro scopo evangelistae, repetitione eiusdem theses indicatur: *χωρις αυτε εγενετο κατε εν, ο γεγονεν.* Sed haec tam non nisi ex obliquo contra Cerinthum etiam, ubi res postulat, adhiberi possunt, qui nec λογονee Christum suum, sed inferiora πνευματα mundi introducebat opifices. Directa vero in ipsum haec tela tertii commatis non sunt. Melius enim putem, quam nos, novisset Iohannes, antecerinthianam thesin, in dogmate de creatione hanc denum fore e diametro ei oppositam: *Παντα δια τα θεες (τα πρωτα) εγενετο και χωρις τα (πρωτα και) ενος θεες εγενετο κατε εν.* Qualem dum nullam posuit Evangelista aut scopo suo aberrasse centrifodus esset (quod nos h. l. cogitare nescimus) aut alium praefixum habuerit necesse est. Cerinthus certe, simulac 1. et 2. comma, grammatici-

maticis legibus et coaevorum phrasibus vere non repugnantibus, in Christum suum adcommodaverat, theseos in com. 3-5. propositae aciem in ipsum directam esse nemo valebat ostendere. Non enim τὰ πάντα ἐν αρχῇ δι’ αὐτὰ γεγονέα dicuntur; adeoque alius generis πάντα per suum χριστὸν γεγονέα, liberum ipfi erat profiteri. Idque eo expeditius videri poterat, quo frequentius ζωὴ et φῶς in Evangelio ad ea referuntur, quae Christus Iesus efficerit in terris atque procreaverit.

Multo adhuc facilius patebit cuivis, omnia quae a comm. 6. usque ad 13. leguntur, anticerinthiana proprie dici non posse. Etiam commatis 10. thesis: οἱ κόσμος δι’ αὐτὰ \*) (τὰ φῶτα) εγενέτο

D 3. contra

\*) Nescimus, annō h. l. legendū sit: οὐ οἱ κόσμος δι’ αὐτὰ εγενέτο, hoc fere sensu: erat illa lux in mundo, sed mundo dediti homines (licet ex comm. 3. per logon divinum essent, quidquid erant) per se, id est, sui tamen juris arbitrii esse adfectabant neque illum agnoscere volebant pro luce, Messia etc. Ex opposito nobis dicta esse videntur bina commata: illud δι’ αὐτὰ (τὰ λόγια) πάντα εγενέτο v. 3. et hoc: οἱ κόσμος δι’ αὐτὰ ἐγένετο. Quoniam vero phrasis δι’ αὐτὰ γενεσθαι insolentior erat atque unice allusionis illius gratia hoc διὰ sic positum esse videtur, statim addita est interpretatio: οὐ οἱ κόσμος αὐτον γνεγένετο. Sed analogae tamen sunt Iohanneae phrases: αὐτὸις τοῖσιν, λαλεῖν, ελθεῖν Ioh. 5. 19. 11, 51. 15, 4. cf.

contra Cerinthianum errorem de creatione primarium non, nisi ex obliquo, dirigi, immo fortassis ex sequenti: τέντα θεός γενέσθαι explicari poterat; cum aoristo: εγένετο, vim praeteriti plusquamperfecti inesse debere, de prima mundi creatione unice intelligendi, nemo valuebit evincere.

Denique commia 14. Iohanneum: ο λογος σαρξ εγενετο Cerinthus itidem mutato nomine in Christum suum pronunciare poterat: ο χριστος σαρξ εγενετο, cum statim de συηγωσι inter Apostolos, id est,

cf. etiam παρε εαυτοις Rom. 11, 25. 12, 16. εαυτων ειναι 1 Cor. 6, 19. Alias enim brevius: αυτε ειναι vel γινεσθαι dicitur qui sui juris est vel esse cupit v. Vigerus de Idiotismis ling. gr. c. V. Sect. V. nro. IX, p. 225. Sect. VI. nr. XIII. p. 235. Δι εαυτε per se legitur Rom. 14, 14. Inprimis vero hoc pertinet usus voculae δια 1 Cor. XI, 12. ωσπερ η γυνη εκ τε ανδρος (per maritum est, quod est, sc. uxor) και ο ανηρ δια γυναικος (maritus per uxorem est, quod est, id est, maritus.) Quo utroque dicto id omnino significatur, neque maritum neque uxorem esse δι εαυτε vel δι εαυτης per se, atque sui juris atque arbitrii. Apud Iohannem pari modo opponitur: eos, mundo deditos, tamen fuisse ιδιοι Messiae (Φωτος) debebant enim illius esse subditi, ut regis coelestis, αρχοντος τε ιοσηφ Ioh. 12, 31. 16, 11. Sed etiam qui ιδιοι εαυτε esse, δι αυτε γενεσθαι debebant, malebant γινεσθαι δι εαυτων. Autov εκ εγγων, ε παρελαβον et quae synonyma superfunt.

est, de tempore, quo  $\chi\acute{\eta}\sigma\varsigma\sigma$  cum Iesu, infer Apostolos degente, coniunctum fuisse sumferat, sermo sit. Anticerinthiana thesis fuisse:  $\circ\chi\acute{\eta}\sigma\varsigma\sigma$  ( $\sigma\alpha\beta\zeta$ )  $\acute{\epsilon}\gamma\acute{\epsilon}\nu\eta\eta\theta\eta$ . Docendum enim erat contra Cerinthum, Iesum, ex quo natus fuerit, esse Messiam. Neque hoc ipsum ita expresse, ut contra Cerinthum opus erat, pronunciato c. XX, 31. totius evangelii argumento:  $\eta\sigma\pi\varsigma\epsilon\varsigma\pi\varsigma\circ\chi\acute{\eta}\sigma\varsigma\sigma$   $\circ\chi\acute{\eta}\sigma\varsigma\sigma$   $\circ\chi\acute{\eta}\sigma\varsigma\sigma$   $\tau\pi\vartheta\pi\varsigma$ , declarabatur, cum his dictis, quo tempore et quam diu  $\eta\sigma\pi\varsigma\pi\varsigma$  sit  $\circ\chi\acute{\eta}\sigma\varsigma\sigma$ , non definitum fuerit. Ecquis autem antitheses laudaverit ita laxas, ut elabendi rimam adversario relinquerent tam apertam. Gnostici profecto sequiores formulam:  $\circ\lambda\eta\gamma\circ\sigma\alpha\beta\zeta$   $\acute{\epsilon}\gamma\acute{\epsilon}\nu\eta\eta\theta\eta$  plane non reformidabant, inde potius atque ex omni Iohannei evangelii prologo suam phraseologiam exciscari et locupletare soliti. v. Irenaeum L. I. c. VIII. §. 5. p. 42. Atque Cerinthum etiam suum Christum cum Iesu  $\sigma\omega\mu\alpha\tau\iota\omega\varsigma$  per illud triennium Messianum unitum habuisse, inde colligimus, quoniam sub finem, id est, in supplicio necessarium putavit, impassibilem dividere a passibili. Si impassibilem Christum non  $\sigma\omega\mu\alpha\tau\iota\omega\varsigma$  antea cum Iesu unitum cogitavisset, Iesus pati potuisset quovis tempore per se, nec opus fuisse figmento illo: quod Christus revolaverit in fine iterum de Iesu et (tunc demum) Iesus passus fuerit ac resurrexerit.

EIAM Iohannem Baptistam Cerinthus magni aestimare poterat ipsiusque testimonio, quod

D 4

ultra

ultra baptismum Iesu retro non ascendebat, fidem adjungere. Licet ex mundo (conditione, *πτιστή*) inferioris δυναμεως fuerit, Cerintho tamen eum, uti Iesum ipsum, aliis visum esse antecellere, non repugnat.

Denique v. 17. legis Mosaicae non ea profecto cum emphasi meminit Evangelista, ut Cerintho, qui *από μερές* eam retinebat, adverseretur. Facile adsentabatur hic Exjudaeus: *τον νόμον διὰ Μωϋσέως δοθῆναι*, eo potissimum in contextu, qui multo majora per Iesum Christum tradita fuisse subjungebat. Auticerinthianum potius fuisse, ponere: *οτι ο νόμος ὑπὸ τῇ θεῷ (τε πρώτῃ) εδοθη*, et: *οτι εκ ηλθεν ο χριστός, λυσαί μιαν τινων εντολῶν τετων των ελαχίσιων* Matth. 5, 19.

Prologi finem etiam comm. 18. quo minus pleno ore et Cerinthus acclamaret, nihil impediiebat. O μονογενῆς ipsi statim esse poterat ο χριστός, ο υιος τε θεός, ille quidem in Iesum *καταβεβηκώς* sed tunc, cum scriberet Iohannes, iterum *αὐτον τον κολπον τε πατρός*, postquam in fine a Iesu avolaverat.

### §. XVIII.

Cum vero nec prologus Iohannei Evangelii, quo summam doctrinae in commentario comprobanda exhiberi in confesso est, nec epilogus antithesin contineat distincte atque explicite Cеринто

xintho contradicentem, alia Cerinthianae doctrinae in primis Christologiae capita in Iohanneo evangelio plane omissa esse, minus mirabimur.

Iesum ante baptismum Messiam fuisse negabat Cerinthus. Nihil contra Iohannes ne innuit quidem. Epiphanius haer. 51. §. XX. p. 442. circumspicit quidem argumenta contra haereses, dicentes: *οτι απο \* τα Ιορδανες ηλθε χριστος εις αυτον (Ιησεν) οπερ εσιν η περιζερα.* Sed ita se videt destitutum evangelica probatione, ut praeter locum Luc. 2, 40-52. ad quaedam infantiae miracula adespota, nescius, quo se vertat, provocet. Quando ο λογος σωρξ factus fuerit, neque ex v. 14. Ioh. I. neque ex reliquo evangelio contra Cerinthum ostendi potuit. Scilicet proximo σιχω: και επηγγωσεν εν ήμιν, Cerinthus potius in suam rem commode uti potuerit, dicturus tum, cum inter discipulos degere inciperet, τον λογον σωρξ γενεσθαι. Posthaec autem commentarius ipse a baptismo denum c. I, 29. incipit, nec, qualis antea Iesu fuerit, indigitat.

Christum in fine a Iesu revolasse, fabulatur Cerinthus. Nec hoc contra Iohannis prologus. Scilicet τον μονογενη πυνη εν πολπω τα πατρος ειναι nec Cerinthus ambigebat. Neque contra hunc valent, vel quae in ipso commentario c. 13, 1-3.

D 5 dicun-

\*) Legendum videtur επι τα ad Iordanem.

dicuntur: Iesum suos εἰς τελος dilexisse, nec dubitasse de eo, quod Deus, quidquid egerit, ipsi in commissis dederit, quod a Deo progressus nunc abeat ad Patrem in coelis, vel ea, quibus c. 29, 28. Iohannes -- suo ex sensu -- Iesum affirmat etiam in cruce novisse, se ad normam scripturarum sacrae perfecisse omnia. Haec omnino nimirum nosse potuisset Iesus, licet jam a Christo avolante derelictus. De praeteritis enim loquuntur. Ad priorem locum etiam hoc pertinet, quod Cerinthus *in fine*, quo pateretur Iesus, Christum revolasse somnians, hoc suum commentum in ea, quae ante passionem ad coenam a Iesu vel perfecta vel pronunciata fuerant, extendisse non comprehendatur. Itaque Iesu Christum etiam coram Pilato adhuc adfuisse atque libere pronunciasse, quae c. XVIII, 37. 38. leguntur, non erat; cur Cerinthus ex hypothesi difficeretur. Iesum enim ita natum fuisse prae aliis hominibus, ut postea, cum inter homines prodiret, Christum habere valeret sibi coniunctissimum, nec Cerinthiano systemati contrarium erat.

Denique si forte Cerinthum resurrectionem Iesu non vero sensu concessisse suspicamur, nulla sane extat antithesis Iohannea, qua errorem Cerinthi hac de re eversum fuisse animadvertemus.

Nos quidem collatis his omnibus id non possumus non repetere, exegetam hac omni in quaestione certi sequacem ac tenacem non in eo debere

debere acquiescere, quod ex locis quibusdam interpretatione aliqua possibili contra Cerinthum, nunc sane silentem, vel elici vel excuspi posset. Talia ita scripta fuerint necesse est, ut olim primi illi lectores, in arte interpretandi minus versati, mentem Iohannis aperte declaratam statim adsequi possent, tam indubiam, ut Cerinthus id certe negare non valeret, se potissimum a Iohanne premi et directe oppugnari. Ipsius autem explicationes claris ac decretoriis sententiis praecidere animosque τρεψ τεκνων ab omni dubitatione semel sed distincte dictis antithesibus liberare Iohannem, si quidem contra Cerinthum suos hor-tari in consiliis habuerit, aut noluisse aut non valuisse, quis calumnietur?

§. XIX.

Ut ergo evangelio Iohanneo in historia Cerinthi explicanda uteremur, si hucusque probabilia adtulimus, neque historico testimonio neque ex-egetica luce certiores facti sumus. Petere autem et precario fuscipere vel sumere aliquid, unde Cerinthiana nostra illustremus, nobis non licet, quantumvis molesta nobis sit documentorum de Cerintho Gnostico et paucitas et manca narratio.

Tantum autem abest, ut Cerinthum in evangelio Iohanneo diserte refelli perspiciamus, ut potius satis intelligere nobis videamur, qua veri

veri specie, licet vehementer fallaci, Alogi mo-  
veri et induci potuerint, ad contraria omnia au-  
dacter afferenda, id est, Cerintho ipsi auctori  
evangelicum istum commentarium attribuen-  
dum. Ab apostolo illum scriptum non esse,  
cum multiplicem inter istum et reliqua evange-  
lia repugnantiam, ab Epiphanio haer. 51.,  
nescio quam accurate Alogorumque sententias  
convenienter, expositam (sublimioris criseos lu-  
ce aliqua, incautis sane et partium studio incen-  
sis male fida) deprehendisse sibi viderentur, pro-  
certo tenebant. Interna haec indicia plus vale-  
re judicabant, quam παρεδοσιν veterum ecclesia-  
rum. Has enim ipsi quidem nosse poterant in  
diadicandis falsis libellis non satis exercitatas,  
nec servandis αρχειοις a prima statim christiana-  
rum originum aetate ita adsuetas, ut dubitatio-  
nes omnes tolli valerent \*). Itaque libellum,  
quem

\* ) Curam ecclesiae antiquissimae de his rebus tan-  
tam fuisse, quantam in coetibus hominum piorum  
sed indoctorum nec de futuro istorum documen-  
torum usu unquam praemonitorum expectare pos-  
sumus, omnis historia clamat. De ratione, ex  
qua canonem constituerant, iam tum, cum eccl-  
esiastici aliqui scriptores in hoc argumentum inci-  
derent, nihil certi constabat. Ad successionem  
episcoporum cum provocare inciperent, iam de  
primis principum ecclesiarum episcopis nominan-  
dis difficultates aderant non parvae (v. ad Iren.  
L. III. §. 3. not. Massuet.) mox per fabulas auctae.

Παρε-

quem aliis apostolicis evangeliis adversari putabant adeoque haeretico homini tribuendum esse sibi persuadebant, ei adscribi vel posse vel debere suspicabantur, quem Iohanni coaevum in Asia, gnosticumque acceperant inter christianos primarium fuisse, cuius vero dogmata singularia ex evangelio hoc minus, quam ex aliis, refutari posse videbant. Ut gnosticum reputarent auctorem, effecit forsan dictio Iohannea gnosticae phraseologiae propior ac sublimior, qua Gnosticos sequiores frequentissime uti audiebant. Cerinthum vero auctorem nominare audiebant fortassis eo adseverantius, quo insolentius videbatur, libellum hunc evangelicum nonnisi de triennio illo agere, per quod Christum is ipse haereticus cum Iesu coniunxerat, cumque in iis locis, quae opportunitatem anticerinthiana proponendi dedissent, μυστητερα non pauca nec distincte enunciata invenirent. Posteaquam Apocalypsin canonicanam Cerintho Iudeochristiano adscribendam esse autumaverant, suspicaces homines —  
quales

Παραδοσεις dum laudant, tanta est in nonnullis earum absurditas, ut reliquarum veritas aliunde non comprobanda nihil fere valeat. Si vere archiva habuissent vetustissimae ecclesiae, apostolicarum literarum exemplaria prima tam mature evanescere vix potuissent. Immo vero απο των αρχειων producebantur etiam supposititia, ut literae illae inter Abgarum et Iesum. Euseb. H. E. L. I. c.

quales quidem inter fraudes illas scilicet pias seculorum post C. N. priorum ubique, inter gentes, Iudeos et Christianos, obvias sagaciores qui que non poterant non fieri — eo citius adduci poterant, ut ejusmodi rationibus, quae non nisi accuratae exegeseos atque criseos ope, illis temporibus nondum inventa, dilui potuissent, sive moti sive abrepti ad eundem auctorem libellum, per ἀδιωματα plura, in primis per usum vocis λογος, illi similem, festinantis allegarent. Quod vero Cerinthus suam doctrinam non manifeste in eo exposuerit, sed aliqua potius admiscuerit, quae contra ipsum quidem explicari sed tamen averti etiam ab ipso possent, in eo cautum simulatorem detexisse sibi videri poterant.

EIAM HAC IN CAUSA IGITUR Αλογες illos non tam ανοητες deprehendimus, quam haeresiologi. Ipse potius Epiphanius, dum haer. 51. suspicionum causas contra evangeliū et apocalypsin ab ipsis motarum ex parte refert, homines hos nescius ita pingit, ut ipsos scrutandi cupidos suaequa aetatis credulitati, licet imparibus viribus neque turbata satis perspicacia, adversatos non possimus non pluris aestimare, quam multos παραδοσεων crassiorum rudiores propugnatores, turmatim sane ruentes. In mentem revocat nobis Epiphanius, dum in homines aliqua saltem critici genii aura adflatos ut in ανοητες invehitur, aliorum bonorum Patrum querimonias de alio  
haere-

haereticorum genere, cui pessime id vertitur; quod dictis scripturae ad probandum propositis prius examinaverint, cuiusnam formae syllogismus inde formari possit, categoricus an disjunctivus, quod geometriae studuerint, Euclidem, Aristotelem, Theophrastum, Galenum admirati. Ταληνος γαρ ισως υπο τινων και προσκυνεται, adiunxit malevolia calumnia. Euseb. H. E. L. V.

c. 28.

§. XX.

Supereft, si placet, utrum epistolae Iohanneae Cerinthianae γνωσεως antitheses contineant ideoque ex opposito saltem ad historiam Cerinthi pertineant, investigare.

Perversam aliquam γνωσιν a Iohanne in epistolis impugnari, neminem, putem, fugiet, ut primum, quam studiose vox γνωσην a scriptore ipso repetatur v. c. II, 13. 14. atque urgeatur, animadverterit. Quid? quod ex ipso adversariorum ore hoc potissimum vocabulum resonare indicatur, c. II, 4. ο λεγων \* εγνωκα αυτον sc. Deum, cui dicto Iohannes suum γνωσιομεν οτι εγνωκαμεν αυτον v. 5. diserte opposuit. Nec mirum, vestigia γνωσεως heic inveniri, cum jam in Apocalypsi notentur, qui εγνωσαν βαθη \*) ως λέγεται II, 24. Erant igitur ea iam aetate, qui non tantum

\*) τα Σατανα per parenthesin addit scriptor ipse indignabundus.

tantum de religione penitus multa nosse gloria-rentur, sed et voces γνωστειν id est: profunda γνωσει gaudere, et similes suo sensu characteristicas adhiberent.

Atque inter Iudeos etiam cum dudum ante natum Iesum Allegoristae, qui omnia penitus nosse atque adeo divino adflatu \*) talia cognoscere sibi videbantur, Essaeique praeter hos seu Therapeutae alios in admirationem sui raperent,  
cic

\*) Eo usque fervet, immo furiit, non raro ingenium Philonis, ut se ενθεον opinetur scripturarum εξηγητην. Sic v. c. Vol. II. p. 16. (ed. Pfeiff.) ηκεσα ποτε, exclamat, σκεδαιοτερα λογα (id est exquisitiorem adhuc interpretationem) παρα ψυχης εμης θιωθυίας τα πολλα θεοληπτειωται και περι αν ϣε ειδε (noverat) ματενεωθαι. Cuius ingenii homini licet Ieremias sit τα πολλα ενθεσιων (Vol. II. p. 26.) Moses vero τετελεσμένος και μανῆς, tamen magnifica illa praedicata, si quidem ex opinione loquentis judicanda sunt, valde minuuntur. Ipse quidem Philo ad literam intelligendam utendum esse monet veterum sapientia et doctrina, sed altiora mox spirat: νεας δε οταν ανατείλη βλαστας αυτοδιδακτες σοφιας ο Θεος εν ψυχῃ, τα ει της διδασκαλιας ευθυς περιγραφειν δει και περισυρειν. Τον γαρ Θεον φοιτητην η γνωσμον η μαθητην η δημποτε χρη θεμενες ονομα παλειν αυτουν, αμηχανον εις θνητων υφηγησεων αναχειθαι. Haec sane proba teneat necesse est, qui vel historiam doctrinae de θεοπνευσιᾳ sub ista tempora recte aestimare vel gnosticorum saepius ex suo sensu ενθεσιαζοντων mirifica phantasmata mente adsequi voluerit.

οῖς εξ εωθινῶν μεχρὶς ἐσπέρας διατήμα συμπάνταν οὐτοις.  
Εντυγχανούτες γὰρ τοις εἰρωτατοις γραμματί φιλοσό-  
φοις τὴν πατριὸν φιλοσοφίαν, αλληγορεύτες, επειδὴ  
συμβολα τὰ τῆς φύτης ερμηνείας νομίζεται φύσεως απο-  
κεντυμμένης εν πτονοῖς δῆλον μενεῖ.. ut Philo de-  
praedicat in l. de vita contempl., p. m. 691. —  
statim cum orto Christianismo fuisse etiam, qui  
ad interiora γνώσεως penetralle voluerint, nemo  
peregrinum judicabit.

§. XXI.

Gnosin istam Antijohanneam morum peruer-  
sitatem maligna theoria aliuisse et dissimulasse  
manifestum est. Ανομίαν et αδικίαν fieri posse, quae  
tamen αμαρτία non sit, innuebant sec. c. III, 4.  
V, 17. Atque adeo Christiani contra istos homines,  
ut ne se neque αμαρτίαν εχεν, neque ημαρτηκεν  
autumarent, canendum erat I, 8. 10. En Iησα με-  
νεν volebant illi εγνωμοτες, nec tamen περιπατη-  
σαι, καθως ενενος περιπατησ II, 6. Quae ipsa etiam  
morum infamia, theoretice quasi fundata, recte  
dīstendit Iohannem Christianos suos ab omni ta-  
lium hominum consuetudine prohibuisse 2. epa  
v. 10. 11. Non enim opinionibus theoretice  
falsis hi νηνε τενεbantur, sed iisdem blasphem-  
num sane morum systema artificiose superstru-  
xerant, ipsaque vitae imagine id exprimebant  
II, 16.

Undenam ipsi ανομίαν vel αδικίαν ab αμαρτίᾳ  
discernendam finixerint, hanc vero Christianis.

E

ante

ante et post transitum ad sacra Messiana negauerint tribuendam esse, in epistolis Iohanneis aper- te declaratum quidem non reperimus. Sed Ce- rinthianae doctrinae gnosticae fundamentis ii- dem tamen omnium minime potuerunt vti. Is enim, qui νομον Mosaicum adhuc ex parte fer- uandum esse judicauit, ανομιαν ab αμαρτιᾳ eo vs- que discernere non potuit, vt ανομον quendam tamen αμαρτωλον esse negaret. Ipse potius Ce- rinthus νομις μερος τι sine αμαρτιᾳ negligi non pos- se praeceperat. Vt vero idem Christianos ante et post suscepitam Christi fidem vel αμαρτανειν vel ημαρτηνειν adeoque αμαρτιαν vlo tempore co- gitari posse negaret, omnia vero licita putaret, tantum absfuit, vt priscos inter gnosticos Carpo- cratianis potius nominatim, non Cerinthianis, ea morum peruersitas profligata, qua liciti at- que illiciti quodusquis discrimin tolleretur, tribuat historia, Cerinthum vero nec Irenaeus cum Epiphanio nec aliud vllum documentum eius- modi malignitatis accuset. Ecquis enim, omnem recti peccatique notionem euersurus, legeni ta- men mosaicam ex parte retinuerit, et Iesum praedicauerit *justitia* aliis hominibus plus po- tentem?

Itaque etiamsi vel nostro iam tempore adse- qui non possemus, quibusnam theoreticis calum- niis abusi antijohannei illi antichristi (1. ep. 2, 18.) αμαρτιαν dari vniuerse negauerint, Cerinthum  
tamen

tamen cum euictione historica, immo contra  
dissertas Cerinthianae gnoseos theses peruersitatis  
huius incusari nec posse nec debere manifestum est.  
Ad eundem igitur in aliis epistolarum illarum  
locis respici, absque argumentis euidentioribus  
sumi non licet.

§. XXII.

Adesse potius videntur vestigia alia systema-  
tis, quo supposito theoretica illa et practica mo-  
rum peruersitas explicari poterit. Ii nimirum,  
quos reprehendit Iohannes, non vniuerse tan-  
tum αρνευμενοι fuisse leguntur II, 22. οτι ιησος εκ  
εσιν ο χριστος seu ο νιος τα. Σε ε IV, 15. sed distin-  
ctius contra ipsos c. IV, 2. pronunciatur: „quis  
diuinitus animatus sit, inde esse dignoscendum,  
quod ομολογει Ιησεν Χριστον εν σαρκι εληλυθότα“, at-  
que cum emphasi aliqua „πλανοι“ dicuntur (2. ep.  
v. 7.) οι μη ομολογευτεις ιησεν χριστον ερχόμενον εν  
σαρκι. Minime igitur id negligendum est, quod  
in opinionibus illorum πλανων πολλων characteri-  
sticum fuisse videtur, nimirum eos seu εληλυθότα  
seu ερχόμενον εν σαρκι negasse Iesum, Messiam.  
At vero quo sensu — ex vsu loquendi enim vni-  
uerse spectato duplex esse potest interpretatio —  
tale quid pernegasse putandi sunt? Cerinthiana  
quidem esset illa thesis, si phrasis εληλυθεναι εν  
σαρκι explicaretur de aduentu Iesu ut Christi in  
has terras, humano statim corpore suscepto sic  
manifestati. Antithesis Iohannea contra Cerin-

thum ita sonaret: is demum de diuinis recte sentit, qui Iesum ipsum profitetur Messiam, cumque tales fuisse statuit, ex quo in has terras humano cum corpore \*) prognatus est. Cerrinus quippe Iesum tum, cum corpus indueret, nondum cum Christo superiori spiritu, coniunctum fuisse venditabat. Sed phrasis ipsa εν σαρκι εγχομενος (sc. εις τον κοσμον) etiam eum designat, qui inter homines progreditur vera carne vestitus. Sic in prologo Euangeli I, 9. dicitur: ον το φως εγχομενον εις τον κοσμον, non quatenus natum fuit, antequam Baptista de ipso loqueretur, sed potius, quod tum, cum Baptiste η μαρτυρια inciperet, jam in eo esset Iesus, Baptista sex mensibus junior, ut in populum, in quo viuebat (v. 10.) tamquam Messias prodiret atque ea nunc in celebritate versari inchoaret. Vox δο Κοσμος in hisce phrasibus vel homines uniuerso, vel eos designat, qui ex partibus Iesu non erant. Quam late vero pateat ille ο κοσμος, non nisi ex contextu

\*) Εγχεθαι εν σαρκι est venire cum corpore, in einem Körper kommen, heruorkommen, auftreten. Nolim tamen verti: eine Menschheit mitbringen, cum per εν illud id tantum significetur, sine quo quis non aduenit et comparuit. Subtilius vero esset quaerere, an humanum Iesu corpus adportatum fuerit a vi diuina in Mariam. Aduentus potius intelligendus est corpore circumdati hominis inter alios homines, aut nascentis iam in lucem, aut postea prodeuntis in vulgus. cf. 2. epae v. 7.

textu definiri potest. cf. 18, 20. *Ἐν σώματι* est  
*cum*, id est, *non sine corpore*. Hoc sensu Iesus  
etiam praeterito tempore dici poterat *ελληνθως* (*εἰς*  
*τὸν κοσμόν*) *ἐν σώματι* coll. Euangel. c. XII, 46. Vtra-  
que igitur interpretatio cum grammaticae vera sit,  
primo statim loco id iterum dispalefcet, Iohan-  
nem aut non innuisse Cerinthum aut non distin-  
cte satis contra ipsum pronunciasse. Propius \*)  
enim erat, effatum Iohanneum ita intelligere,  
ac si aduersarii Iesum tum, cum Messias prodi-  
ret, corpore vero indutum fuisse negassent.

Atque reuera Iohannem eiusmodi homines  
respicere, qui verum Iesu corpus diffiserentur,  
inde etiam elici posse videtur, quod scriptor epi-  
stolae ad experientiam ipso manuum tactu factam  
solicite prouocet, id, inquiens, quod inde ab  
E 3 initio

\* Phrasin: cum corpore venire, vtrum ex Iesu loquen-  
di Iohanneo I, 9. XII, 46. de πάρεστι Iesu docto-  
ris inter aequales edocendos, an vero de nativitate  
eius explicare propius sit, alii judicent. Sic fane  
ille dicitur ο ελληνος δι υδατος ναι αιματος 1. epae  
V, 6. vt is, qui pradiit Messiana cuim auctoritate post  
baptismum. Cerinus vero nostro loco tum de-  
cūm manifeste teneretur, si Iohannes phrasī mi-  
nas intricata Ἰησον γεννηθηναι χριστον pronuncia-  
set. Quidni simpliciora, si mens eo tetendisset,  
selecturus fuisset?

initio \*) fuit, quod auditu visuque percepimus nos iphi; etiam manus nostrae palpauerunt, quid  
quid ad τον λογον της ζωης pertinuit.

Accedit, tanti \*\*) sane ad rem ipsam non interfuisse, utrum Iesu statim a nativitate fuerit Christus, an vero postea demum, ante quam docere incepit, Messias fuerit inauguratus, cum de aetate Iesu anteriori nihil fere Christianis tradendum seruandumque iudicauerint vel ipsi Euangelistae. Itaque Iohannes Iesum statim

a

\*) απαρχης non potest non de initio coepit de Iesu notitiae, uti vario tempore ea quidem variis sensim sensimque contigit, intelligi coll. 1. epae cap. 2, 7. 3, 8. Euang. c. 15, 27. 16, 4. cum id profecto, quod in Iesu inerat ante conditum hunc nostrum terrarum orbem (Ioh. 17, 5. 16, 28. 3, 13. 6, 53. 46.) existens spirituale, oculis confpici, manibus tangi nequuerit.

\*\*) S. R. Storr l. c. p. 45. Iohanni hunc tribuit rigorem: Auch dies hiesse Iesum nicht für Christum bekennen (1. ep. 2, 22.) wenn man zwar eine vorübergehende Verbindung Iesu mit Christo z. B. von der Taufe an zugab, ihn aber nicht für Christus selbst, nicht in dem Verstande für Christus hielt, dass Christus eine Menschheit mitgebracht habe. Haec opinio historiam quidem Iesu turbaret; sed doctrinæ Iesu auctoritatem seu fundamentum Messianæ religionis ipsa non diminuit.

a prima nativitatis hora Messiam habendum esse  
cur tam instanter postulauerit, vt eum demum,  
qui hoc ipsum (historice verum quidem, sed ita,  
vt in dogmaticis tamen inde nihil mutetur) stri-  
cte diuinitus animatum praedicaret, vix et ne  
vix quidem posset intelligi. Contra vero id pro-  
fecto Christianae doctrinae interfuit, Iesu cor-  
pus humanum tum non negari, cum non nisi a  
talibus negari hoc soleret, qui omne corpus  
mente diuiniori plane indignum judicarent at-  
que hanc vnicē ob causam Christo Iesu nollent  
tribuere, id, quod ipſi vt ergastulum mentis  
malique fedem vel oderant vel odiſſe videri vo-  
lebant.

Postremi autem generis perditū homines, qui  
corpore, animorum coelestium carcere, abutendū  
esse ex thesi eadem eliciebant, tales inde  
omnino euadebant, quales innuit scriptor epi-  
stolae c. II, 16. cupiditatibus dediti. Tales, in-  
quam, euadebant, quales etiam Polycarpi epi-  
stola innuere videtur, quae statim post verba e  
Iohanne sumta: πας γαρ ος μη ομολογη Ἰησουν Χριστον  
εν σαφει εληνισθηναι, αντιχριστος εσιν, addit practicæ  
peruersitatis indicia: και οσ αν μη ομολογη το μαρ-  
τυριον τε σαυρος, εκ τε διαβολος εσιν. Και οσ ιαν μεθο-  
δευη τα λόγια τε κυριε προς τας ιδιας ἐπιθυμιας καη λέ-  
γην μήτε ἀνάστοι είναι μήτε νοίσιν, έτος πρωτότοκος  
έσι τε Σατανα. epae §. VII. Ii ipſi nimirum il-  
liciti atque recti discrimine sublato, contra le-  
gem quidem (ανομως) et contra fas jusque (αδικως)

E 4

fieri

fieri multa posse concedebant, at tamen, quo-  
cunque demuni modo corpus usurpetur, peccari  
in hoc posse diffitebantur.

Quibus omnibus perpenfis, cum in Cerin-  
thum ανομίας permifſio, omnis αμαρτίας negatio  
ac iuftitiae cauillatio non cadat, Iohannea effata  
tam grauia tunc maxime inter ſe cohaerere vi-  
dentur, ſi aduersarios ponamus hos, qui Iefum  
neque Mefſiam f. Dei filium neque cum vero  
corpo inter homines progressum habuerint,  
atque hac ipſa poſta theoria de corpo, omnia  
ſibi licita cenſentes ανομίαν atque αδικίαν nihil  
plane aeftimauerint, graui ſane apostoli cen-  
ſura (z. epae v. 10.) non ob ἐπεροδοξίαν theo-  
reticam, ſed ob exquifitam et quaſi ſystemati-  
cam πανοδοξίαν morumque peruerſitatem di-  
gniffimi.

S. XXIII.

Qui de corpo vt ergaſtulo malorumque ge-  
niorum opere ita ſentiebant, vt Iefu quidem ta-  
lem εαγνα non tribuendam eſſe venditarent, po-  
fteris temporibus Docetas et Phantasiaſtas puncu-  
patos fuiffe conſtat. Idem nomen an prima iam  
originum christianarum aetate inuentum fue-  
rit, nec ne, non liquet. Neque id tantum eſt. Apud  
Clementem Alex. L. III. c. XIII. Stromatum Iελιος  
Καυστιανος prodiſ o της δοκησεως εξαρχων. Sed  
nihil inde neque de vetuſtate nominis efficitur,  
neque

neque de nouitate. Singulare nomen in illam opinionem eo minus in promptu erat, cum inter plura sectarum systemata eius generis theses admitti potuerint, atque re ipsa fuerint receptae, quae, ut ferebat ingenium, alios ad *εγκατειν*, alios ad effusas libidines incitabant.

Has vero iam apostolica aetate gnosticis exornatas fucatasque commentis etiam Christianorum coetus infecisse, manifeste indicat Apocalypsis canonica, quam, cuiuscunque demum auctoris libellus esset, historiam certe seculi primi, quantum fieri potuit, probabiliter fecuturam fuisse, per se patet. Indicatur autem ibi c. II, 24. *γνωστις* aliqua, de mysteriis gloriabunda. Ei vero ipsi profligatae vitae rationes superstructas fuisse, ex contextu patet. Pestiferi illi homines Nicolaitae appellantur, non uno eo loco cap. II, 15. qui forsan tropice explicari posset, sed antea iam II, 6. tamquam recepta ac historice nota voce. Neque scio, cur *παραδοσις* apud Irenaeum I, 26. 3. aliasque copiosius seruata: Nicolaitas eos, qui indiscrete viuebant, Magistrum inter Christianos habuisse Nicolaum, unum ex VII. qui primi ad diaconium ab Apostolis ordinati sint, fabulae loco damnanda sit; nisi pie magis quam vere sumeretur, hominem ab Apostolis administrando ecclesiae hieros. aerario admotum postero tempore maligna *γνωστη* decipi non potuisse.

Sed quidquid de origine nominis Nicolaitarum statuatur, id in aprico est, alia extitisse apostolorum tempore, praeter Cerinthum, Βαθη γνωστος, quorum malignitas e Christianis ecclesiis exterminda fuit.

Praeterea praeuias opiniones ad δομησιν illam, id est, de corpore Christi non vero, sed specie tantum viso inducentes ea ipsa aetate iam inter Essenos ac Therapeutas, quorum superstitionissimi γαμες υπεροψιαι exinde affectabant, latius serpissere, immo Paulum iam, cum Iesum εγ ταρη Φανερωθηναι, quod Iohanneo εγ ταρη εληκυθεναι prorsus homonymum videtur, 1 Tim, 3, 16. contra homines vrgeat κωλυοντας γαμειν, απεκεδαι βρωματων et tamen κεκαυτηριασμενας την ιδιαν συνειδησιν, eadem, vt Iohannes, de causa corpus verum, Messiam ipso non indignum, ostendisse, alio iam loco declarare tentauimus. Memorabilium fasc. I. p. 97. sqq. (Lipf. 1791.)

§. XXIV.

Vnicus restat locus ex 1. epae c. V, 6 - 8. qui sententiae de Iohanne Cerintho diserte aduersato veri speciem ampliorem, quam alia id genus omnia, circumdare possit. Iudeognosticus, Messianum illum de superioribus genium, quem Christum appellabat, Iesu a baptismo vsque ad passionem adfuisse sed in fine, cum ipse impennisibilis esset, de Iesu reuolasse putauit. Iesus igitur

tur tum, cum pateretur mortem, non vltierius cum Christo ita vnitus fuisset, vt hic ipsum in passione et fine sustentare, atque suas cum homine Iesu vires communicare pergeret. Cui ipsi vero somnio expressis verbis, sic vt nunquam vlli ex reliquis opinionibus Cerenthianis, contradicere videtur Iohannes, dum antithetice profatur: Iesum non tantum ad aquas illas (baptismales) sed tum etiam cum cruentam mortem sustineret, Christum fuisse. Emphasim haerere in hisce verbis ex repetitione atque expressa oppositione patet. Non enim suffecit scriptori pronunciaisse: talis (filius sc. Dei s. Messias) est ille ipse, qui iam aduenit, ad aquam atque ad cruorem. Repetit vltra atque manifesta antithesi pronunciat: Iesus est Christus, nec ad aquam solum sed ad aquam aequae ac ad cruorem, id est, tum cum ad aquam Iordanis in Messiam inauguretur non minus, quam postea cum cruento supplicio traditus pateretur. Annon itaque manifestum est, anticerinthiana antithesi hunc locum conuellere illud: Christus in fine de Iesu reuolauit, v. supra §. XI. p. 34.

Respondemus, si placet. Manifestum est: iis contradicere Iohannem, quibus ex supplicio Iesu cruento de Messiana ipsius dignitate dubitatio inerat. Sed quibusnam quaeſo talibus?

Pauca praemittamus philologice in loco obſcuriori illustranda.

*ετος* commate 6. *hic ipse* s. *talis ipse* vertimus, atque ad praedicatum *υιος Θεος* referimus, quod coll. com. i. non potest non nomini *χριστος* prorsus acquinalere. Vox *Ο ελθων* respicere videatur praedicatum illud Messianum ο *ερχομενος και* Iohanni Baptiste in primis, magistro pristino Apostoli, familiare. Matth. 3, 11. Ioh. 1, 15. Act. 19, 4. Perinde est, ac si dixerit epistola: *Talis ipse Mellias est is, qui iam adfuit, qui non expectandus demum et venturus est.*

*Τδωρ baptismum* designare, in primis Iohannis Baptiste illum, ut *αιμα* cruentae mortis signum pro ipso supplicio ponitur, vix dubitandum videtur. Non vniuerse tantum baptismum designat *υδωρ* Ioh. 3, 5. γεννηθε εξ *υδατος και πνευμatos* Act. 10, 47. μητ; το *υδωρ* κωλυσαι δυναται τις cf. Eph. 5, 26. sed praesertim, modestia insigni, *υδωρ* ad Iohannis Baptiste lauacrum *μετανοιας* symbolice describendum nominatur Luc. 3, 16. *υδατι βαπτιζω* *υμας* Ioh. 1, 31. *εν τω υδατι βαπτιζων* coll. v. 26. 33. *Αιμα* vero id est, quod in supplicio maxime in oculos incidit, vt *υδωρ* in baptismō. Inde supplicium ipsum significat, atque vniuerse cruentam necem, vt Matth. 23, 30. 35. 27, 24. 25. Luc. 11, 50. Act. 18, 6.

Praepositio *δια* in phrasī *δι υδατος και αιματος* synonyma omnino est sequenti statim voculae *εν* (*εν τω υδ. etc.*) Saepius enim *δια* additur ei rei, sine qua quid non fuisset, vel factum vel faciendum

dum narrandumue. Retinet tamen haec ipsa praepositio semper primigenii significatus *per* saporem, ut ita dicam, et vestigium. Sic v. c. Rom. 2, 27. reprehenditur ο διὰ γραμμάτων και περιτομῆς παραβατης νομος h. e. is, qui legem neglexerat, *interim dum*, Iudeus natu, scripturam legis atque signum separationis a gentibus, circumcisionem, habebat; perinde ac si transgressor legis fuerit *per* scriptam legem, seu, media quasi *in* lege scripta constitutus. Similiter: fortunata et salua fit, inquit 1 Tim. 2, 15. coniux, *interim dum* liberos parit, seu: per medios quasi partus. Alia exempla plura in hunc sensum alibi; ut 1 Petr. 3, 20. διεσωθησαν δι υδατος. Par modo igitur apud Iohannem nostro loco: Iesu is ipse Messias (nec ullus aliis) *interim*, dum baptizabatur aeque ac *dum* cruorem fundebat.

To υδωρ autem et το Αἷμα, postea etiam το πνευμα dicuntur μαρτυρησαι de Iesu Messia. Quod verbum dum euincendi et demonstrandi sensu explicatur, multis videtur contextum turbasse. Quaerebant nimirum, quomodo ex baptismo non tantum sed etiam ex supplicio Iesu cruento eiusque circumstantiis euictio aliqua et demonstratio oriunda sit Messianae Iesu auctoritatis. Sed nec baptismus nec supplicium Iesu h. l. vt argumenta pro Messia Iesu respiciuntur, vnice nominantur vt occasiones, inter quas Iesus tum ostendebatur tum ipse se ostendebat Messiam.

Osten-

Ostendebatur Messias, dum baptizabatur, columba diuini ominis instar ipsi preces fundenti aliisque visa. Se ipse Messiam ostendebat in supplicio, non vacillans quippe in ista professione, id est *μαρτυρια*, Messianae suae dignitatis ac fidei (Ioh. 28, 37. 38. Matth. 26, 63-65.) licet necis hic ipsi fieret titulus Ioh. 19, 12. 21. Itaque omnino ad baptismum aequae ac ad suppli- cium Iesu aderat declaratio et professio, sed non argumentatio seu probatio sententiae: eum vere Messiam esse. Iesu supplicio certe eius rei argumentationem probationemque adfuisse, etiam si eam in baptismate Iesu inuenaris, vix pate- feceris.

His praemissis contextus loci ita profluere videtur.

„Qui Iesum vere et firmiter tenet Messiam esse id est praeceptorum diuinorum interpretem inter omnes maximum, ad Deum se habet ut filius aliquis; talis vero dum parentem dili- git, amat etiam alios eundem patrem filiorum adfectu veneraturos. Id fratres tales aman- di \*) officium ita sponte probatur, quod Dei amans iusta huius non possit non sequi; amor enim in Deum nihil vere est, nisi diuinis prae- ceptis praestitum obsequium.“

„Atqui

\*) *αγαπωμεν amare debeamus*, in subiunctivo modo exponentendum est.

„Atqui vero (pergit ad novam sententiam transiens) obsequium ejusmodi non ita difficile est (ut sunt, qui sic opinantur). Omnibus enim aliis hominibus, qui Messiae praecpta nondum sequuntur aliosque ea secuturos multis modis impediunt, se pia mente longe superiorem\*) sentit is, quia Deo ut Patre se penderememinit. Superiorem, inquam, nos sentimus mundanis rebus aliis omnibus, dum id ipsum pro certo habemus (sc. nos dum Iesum sequimur, ipsi summo divinorum praeceptorum magistro obsequi). Nemo sane unquam terrenis rebus superiorem se vel sentit, vel sentiet, si quidem tali sensu homo careret is, qui Iesum se ad Deum ut filium prorsus eximium \*\*) habere pro certo intellexit. Qualis omnino ipse est is, (non futurus amplius sed) iam praesens factus; est vero talis, sive apud baptismales undas eum cernas, sive in cruenta illa vitae profusione. Iesus, Iesus est Messias, non tum solum, cum bap-

\*) Er setzt sich über die ganze Welt weg, wenn sie nehmlich seinem Entschluss Iesu Gebote zu befolgen entgegensteht, da er diese als Gebote des höchsten Sprechers der Gottheit, als göttliche Gebote anerkennt, weil er Iesus für den Messias zu halten überzeugt ist. — Ist; nicht erst werden soll — πιστεων nicht erst πιστευσων.

\*\*) ουιος τε θεος κατ εξοχην etiam h. l. idem est, qui δοχειον cf. v. 5. cum v. 1.

baptizaretur, sed etiam, cum cruentus expiraret. Atque etiam intus et in animo (nistro, christianorum) est mens illa et vis corporeis \*) rebus omnibus superior, quae declarat, hanc unam mentem esse omnino veracem (quae sc. Messiam habeat alium neminem, praeter Iesum). Tria igitur sunt, ad quae adtentи Iesum Messiam nobis declarari audimus; nimirum mentis Christianae sensus internus, undae baptismales, crux moribundi. In unam eandemque rem (Messiae Iesu professionem) haec tria consentiunt. Atque in aliis rebus cum saepissime id suscipiamus, quod homines nobis declarant et profitentur, in his divina aliqua est adeoque longe maior declaratio, quam, cum in quovis nostrum insit atque intima sit, nisi Deum mendacem seu falsa confirmaturi putare audeamus, evertere nequimus. Haec enim ipsa declaratio (nostrae mentis divina) in eo consistit, quod genuinam atque aeternam vitam ita, dum Iesum sequimur Christum,

nos

\*) Πνευμα semper est aliquid & σάρκινον, & ψυχικὸν, & σωματικὸν. Adtendamus vero etiam ad vernacularum illud, ubi: *mein* Ich, *mein* Geist, dicimus, licet ipsum illud Geist et Ich non id sit, quod meum teneam, sed potius id, quod unum omnia alia mea tenet. Sic saepe distinguitur a spiritu aliud quasi subjectum humanum, quod per se tamen non est. To πνεύμα v. 6. alterum intelligo coll. 4, 1. ut τέτο το πνεύμα, id est, non nisi is, qui sic cogitat. Πνεύμα est vtinque: mens, cōgitandi ratio,

nos a Deo habere sentiamus; talis enim vita inde nobis ineft, quoniam filio Dei maxime eximio iuncti sumus \*).

Penfi-

\* Quae inde a verbis καὶ τὸ πνεῦμα v. 6. sequuntur, ad locum Iohannis ita, uti nunc ad consilium nostrum pertinet, intelligendum tam necessaria non sunt, ut antecedentia. Ea igitur ὡς εν παραδειγματibus illustramus. To πνεῦμα μαρτυρεῖ h. l. est aliquid coll. v. 10. quod non Apostolis tantum et aliisve Christianis beatioribus adest, sed quod omnis ο πισευων εἰς τον ιησον τε θεον in se ipso habet, apud se ipsum sibi sua experientia conscient tenet. Paritate χριστουμα praedicat Apostolus suis omnibus, vere Christianis, commune, at διδασκον tamen περὶ πάντων αληθως. c. 2, 26 27. Necesse etiam est, ut id, quod Iesum cuivis πισευοντι ulterius declareret vere Messiam, non solis forte Apostolis insit. Atqui hic sane est sensus genuinae omnimoda felicitatis internus, qui ut a philosophis recte dicitur sequi ex intima virtutis in mente dominantis conscientia, ita sane sequitur etiam ex intima obsequii praeceptis vere divinis (qualia Iesu erant ut Messiae seu summi interpretis divini ad suos) ut talibus devoti ac praelesti conscientia. Ut virtutem animo conceptam et constitutam non potest non sequi beatissimus rectae voluntatis sensus, atque is ipse dein menti sui conscientiae non probat quidem et demonstrat, sed declarat tamen atque acclamat quasi: ipsam in rectum tramitem se dedisse atque felicitatis internae nec unquam periturae spe ac fiducia non posse excidere; pari modo

F

intus

Pensitato hoc orationis contextu atque etiam  
problemate, quid το πνευμα h. l. sit, ne forte  
distrahatur animus, plane interim seiuncto, id  
putem

intus et in animo veri Christiani mens ista est,  
quae declarat, talem mentem solam, quae Iesu  
edicta (ut erat id de amandis fratribus v. 2.) pro  
praeceptis summi interpretis divini, Messiae, ha-  
beat, esse την αληθειαν, id est veram omnino et  
veracissimam. Declarat autem id ex interna Dei  
voce, qui fallum confirmasse dicendus videbatur, si  
quidem vividus ille sensus vitae et felicitatis, qui  
bonorum animis non sine Numine inest ob recte  
faciendi et divina praecepta exsequendi firmatam  
voluntatem, inesset Christianis Iesu praecepta  
ita tenentibus, ea ipsa tamen praecepta reve-  
ra falsa essent et perversi hominis, Messiam male  
ac fallaciter vendicantibus. Internus hic sensus  
genuinae felicitatis μαρτυρια, declaratio, et tam-  
quam vox intus sonans vocatur. Tam vividus  
nimirum est, ut norunt boni omnes, ad quos fo-  
los, nec ad profanos (τον κοσμον) directus est con-  
textus, non probandi sed admonendi causa scri-  
ptus (ad eos, quibus 2, 27. dicitur: εχετεν εχε-  
τε, ου τις διδασκη υμας sc. de Iesu, quod vere  
sit Messias). Divina vox dicitur, quoniam boni  
nihil nec ex eo, quod ad bonum pertinet, quid-  
quam est sine Numine v. Ioh. 19, 11. δεδομενον  
αγωθει et Iac. 1, 17. Nec enim dum mundus sub-  
est sancto Numini, cogitari potest, naturae ullam  
partem, id est ex omnibus voluntate libera cassis  
sive non volentibus rebus aliquid, (cuius generis  
etiam est sensus internus felicitatis) malo formalis  
hoc

putem dispalescit, Iohannem iis contradicere, qui, quoniam de Messiana Iesu auctoritate ad supplicium ipsius protensa dubitaverint, omnino omnem praeceptorum illius auctoritatem in dubium vocaverint. Iis, inquam, contradicit, qui Deo se patre gaudere posse, licet alios homines christianos odio haberent, opinabantur. Ta-

F 2 lia

hoc est consilio et voluntati, perverse agendi, addere ζωὴν αἰώνιον seu sensum et eventum voluptatis nunquam interiturae. Solus enim, ut et Noniudei id senserunt, solus bonus beatus! --- Ζωὴ αἰώνιος intelligitur, h. l. ut centies, non illa demum post mortem futura, sed ea ipsa in Christiano homine iam nunc praefens atque inchoata cum ipso ex praeceptis Iesu divinis s. Messianis recte agendi consilio, nec unquam vel interrumpta obitu vel cessatura, Αἰώνιος enim felicitas et castissima voluptas, quae externis rebus indigens nullis, intus et in mente recti conscientia atque eam ob causam secum consona, tranquilla, vere beatā, sic unice fundata est, externa autem bona, dum accedunt, tum demum σωφρονεῖς accipit nec cupiditatibus inde motis turbatur. Haec est vox sancti Dei per naturam animi humani, non probans, quid vere pro recto habendum sit (hoc enim est materia et res merae perspicaciae) sed fiduciam animi, recte et divinitus voluisse sibi conscientii (Rom. 14, 25.) iunctim insequens ipsoque sensu homini declarans: naturam etiam, sancti Numinis οργανον, cum consilio hominis, praecepta eius, quem divinum interpretem habere ratione iudice adducebatur, exsequendi conspirare.

Iia ab eo non posse, monet Iohannes, cogitari,  
qui την πιστην habeat, qui πιστευη, οτι ιησος εσιν ο  
υιος της Θεος seu veri Dei veracissimus interpres  
regnique inde vere divini instaurator. Atqui  
vero Cerinthus, licet Iesum sub finem (εν τω αι-  
ματι) a Christo destitutum putaret, tamen in-  
de praceptorum Iesu talium, quale mutua in-  
ter Christianos animorum coniunctio est, auctor-  
itatem negare non poterat. Minime enim Ce-  
rinthus, quia Iesum εν τω αιματι Χριστον esse no-  
luit, ullibi eum sequendum non esse in rebus  
ad Deum moresque Deo probatos pertinentibus  
collegit. Unde id perspicue intelligere mihi vi-  
deor, obversari Iohannis animo tales, qui Iesum  
nostrum omnino negaverint Messiam verum, τον  
ερχομενον fuisse, supplicio ipsius hanc in dubitatio-  
nem fallamque persuasionem inducti. Si quidem  
concessisse videntur, Iesum Messiam fuisse forsan εν  
τω αιματι, hoc est, tum cum baptizaretur. Suppli-  
cium autem in Messiam cadere posse difsitebantur,  
ut ex hoc vitae Iesu fine maloque, ut videbatur,  
successu eum Messiam permanisset, Deo sc. fidum  
gratiumque, pernagarent.

Atque huius etiam opinionis semen fuisse  
inter Iudeos, immo tale fuisse, quod Evangelista  
Iohannes diserte, inter alia plura, respexerit,  
patet ex Ev. c. 12, 34. Cum enim essent, qui  
pro charactere Messiae το μενειν εις αιωνα et οτι ε  
σει υψωθηται, id est, quod non debeat morte in  
coelos

coelos auferri, ii sane, postquam Iesus crudelissimo supplicio perierat, eum Messiam verum et summum non fuisse colligebant, atque ideo etiam praecepta ipsius non pro divinis sed parvi habenda esse argumentabantur. Inter hos, si qui erant, qui visum illud in baptismate Iesu, a Iohanne Baptista, viro aliis etiam Iudeis permultis, praeter discipulos ipsius, gravi et magno (Ev. 5, 33. Matth. 21, 26.) confirmatum Ev. 1, 33. negare nollent, iis tum promptum erat, ponere 1. Iesum quidem Messiam electum a Deo fuisse δι θεότος, sed 2. reprobatum\*) postea ostendi δι αιματος immani illo supplicio, quale in verum Messiam cadere Deus non permisurus fuerit. 3. Messiam ergo non hunc esse τὸν ἐλθέντα, sed adhuc τὸν ερχομένον, id est, futurum aliquem. 4. Deo autem patre gaudere (ex locutione itidem Iudeis universe frequentata Ev. 8, 41.) posse, qui abiecta τη πίστει in Iesum ut Messiam etiam praecepta ipsius abiiciat, pro ευτολαις Θεος non habenda, praeferunt cum βαρεσσαί sint, et τον κοσμον offendant.

Quartum hoc momentum cum contextus orationis a reliquis divelli vetet, id sane, quidquid demum de reliqua nostra loci vexatissimi interpretatione judicetur, certum tenemus, non

F 5 eo

\*) Elig posse מישׁוֹר יְהוָה atque postea tamen reprobari, Saulis forte adesse videbatur exemplum.

eo sensu afferi Iesum Christum nati dei aquaros, quo Cerinthus idem negasse memoratur. Desinimus igitur in hac conclusione: nullum dari locum, unde vel Evangelium vel epistolas Iohanneas Cerintho ullibi diserte contradicere sive certo sive satis probabiliter ostensum sit, atque ideo Cerinthi historiam omnem ab interpretatione horum librorum Novi Testamento eosque ipsos libros ab historia Cerinthi, quantumvis quidem hucusque ea de re tentatum viderimus, plane abesse et posse et debere.

§. XXV.

Cum vero in omni hoc literarum genere non, quid materiae demum inveniatur, sed quo quid modo, id est, quo legitimo ac fido humanae mentis usu viriumque intelligentium exercitio indagetur, gravissimum et nobis sit et omnibus iis, qui materiam laboris inter homines tantum formae illius, quae ab animo producitur, recipiendae nobisque terrigenis coram exhibendae causa dignam censem intellexus humani intentione atque cura; ex opella hac nostra qualicunque id potissimum eliciatur, optamus, quam facile in usu logices probabilitum a scopo aberretur, quotiescumque sunt, quibus vero similia vero similibus nexa firmam aliquam certi structuram et quasi sistema, sive sit historicum sive philosophicum, efficere et constituere videantur. Si quidquam, quia nunc pro hoc cognitionis nostrae

nostrae modulo (aut ut factum aut ut cogitandum) ita, ut repugnantiae alicuius nobis conscientia non simus, concipi potest, id nos vero dicimus simile. Sed quidquid vero similibus ipsis deinde superstruitur, certitudine firmiori, quam quae in fundamento isto inest, gaudere non posse, nunquam, velim, obliviscamur. Certum esse posset tum demum, si fundamentum certum fuisset, cui deinde ut et nova moles legitime superstructa sit, requireretur. Sed nunquam, si qua vero similibus superstructa sunt, licet in infinitum haec augeatur strues, ad certitudinem ascenditur. Obtunditur quidem plerorumque animus; sed nihil ei evincitur. Multi nihil habent, quod obvertant; stupent; sed vim veri ac certi intrinsecus tamen non sentiunt. Simulac ad praxin aliquid inde elicitor, refugiunt. Non moventur, non tenentur homines magis, quam pro gradu probabilitatis in argumentis vere perspecto.

Immo vero gravius quid, collata nostra disquisitione cum aliis Anticerinthiana permulta in Iohanne scrutatis eoque invento ad interna naturae divinae mysteria declaranda subtiliter usis, facile, opinor, eluet. Id vero hoc est: dum verosimilia superstruuntur vero similibus, a certitudine retrosum descendit. Vero simile, nec certum ideo, dicitur aliquid ob formidinem sive oppositorum sive opponendorum.

dorum. Dari adhuc posse etiam alios casus, alias explicationes, aut aperte novit, aut clam sentit et divinatur animus. Vero simile igitur si superaddas vero simili, fallitur quidem subinde animus, sed revera, cum simul augeatur numerus eorum, quae opponi posse metuntur, decrescit vis alia quaedam exinde probandi. Hunc in modum quo plura ejus generis iam dum superstrui videbamus uni huic verosimili, quod in Cerinthum aut Iudaismus aut Gnosticismus cadere non possit, eo timidiiores semper super solo isto quasi nutante, immo fluctuante, ingrediebamus. Praesentuntur pericula struturae fundamento ejusmodi applicatae. Unico forte omnibus ipsis moliminibus subtracto saxo heu quantus lapsus, quantae ruinae! Quis vero sanctum ac rebus humanis propitium numen talibus fundamentis arces dogmatum homini Christiano necessariorum inniti voluisse sibi persuaserit?

on nake chiesa dico aeo omni  
misiq; a msi qd; msiq; msiq;  
misiq; msiq; msiq; msiq; msiq;


3f 847

ULB Halle  
006 231 985

3



JT



B.I.G.



HISTORIA CERINTHI  
CVIVS PARTEM SEQVIOREM  
QVAE AD  
IVDAEOGNOSTICISMVM  
ET  
EVANGELII ATQVE EPISTOLARVM  
IOHANNIS  
FATA ILLVSTRANDA PERTINGIT.

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO

CAROLO AVGUSTO

DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THV.  
RINGIAE REL.

CONSENTIENTE VENERANDO THEOLOGORVM ORDINE

P R O L O G O

IN EODEM ORDINE

R I T E O B T I N E N D O

A. D. XXII. AVG. A. C. CI CCCCXCV,

PVLICE DISCEPTANDAM PROPONIT

HENR. EBERH. GOTTL. PAVLVS

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR,

PROFESS. THEOLOGIAE P. ORD. SOCIAT. ANTIQVARIA-

LONDINENSIS ET NATVRAE CVRIOSORVM IENENSIS

COLLEGA.

IENAE,  
TYPIS GÖPFERDTIL